super Ezechi.li.i.hom.el.viij. Ca
strorum inquit acies tūc hostib⁹
horribilis ostenditur: quādo ita
cōstipata ⁊ condensata fuerit: vt
nullo loco interrupta videatur.
Uno inquit agmine psequebant
filij israel: ⁊ debilitabant hostes.
Judith.xv. vt enim ait Señ.iiij.
de bñficijs.c.xiiij. hōi quez nul
la vis nature quibuslibet fecit ter
ribilem ⁊ validū: duas res dedit
natura que faciunt eum validuz
K scilicet rōnem ⁊ societatem. So
cietas ei dominiū oium aīalium
dedit: ⁊ imperiū terris gentium:
⁊ etiam dominari in mari iussit.
Et ideo in omni republica debz
vnus pricipari: ne fiat diuisio ait
Hiero. epistola.xcij. propter qđ
rectores reipublice antiquit⁹ ⁊ si
essēt prius discordes: postq̄ erāt
assumpti ad regimen reipublice
inter se mutuo cōcordabant: p/
ut narrat Valeri⁹ lib.iiij.c.ij. nar
rans de manilio lepido: ⁊ Tulio L
Flaco: Qui vt cēsores creati sūt:
q prius inimicitijs dissidebāt: pu
blice iuncti sunt non dissidentes
inimicitijs priuatis. Unde ibidez
c.i. narrat de eo: q plāgebat ad/
uersariū: eo q erat reipublice vti
lis. Et quia non est vera concor/
dia: nisi vbi regnat charitas: que
facit multitudinis cor vnū ⁊ ani/
maz vnaz. act.iiij. ideo nec vera
est respublica nisi vbi lex est cha
ritas: vt dictum est.
¶ Caplm.vj. Qualr debet res/
publica fidelitate iuuari.
Onsimilr: in republica
c debet esse vera fidelitas:
qua adiuuetur. Nisi eniz
in partibus eius sit vera fidelitas
scilicet absq3 cordis maliuola ter
giuersatiōe: absq3 oris fallaci de/
ceptione. absq3 gestus dolosa si/ M
mulatione: ⁊ absq3 operis puer/
sa defraudatione. non poterit re
gi nec diu durare. qa vt ait Tuli⁹
i. de offi.c.vij. Fundamentū iu/ N
stitie ē fides. i. dictoꝝ ꝯuētorūq3
cōstantia ⁊ vitas. Et vt ait ibidē

c.xij.cū duob⁹ mōis fiat iniuria:
aut vi aut fraude.frans quasi vul
pecle:vis leonis vr̄. Utrūqꝫ vo
ab homine alienissimū.Toti⁹ au
tez iniustitie nulla ē capitalior:ꝙꝫ
eorū qui cū marie fallūt:id agūt
vt boni videantur.Hec autez fi/
delitas non acquiritur pecunia
vel comodo tpali sed virtute:ait
O Ambro.pⁱo de offi.Quis fide/
les putat:q̊s vl̄ pecunia vel adu
latione obligatos sibi crediderit?
Quis illos:qui ad obedientiam
plurima redimūtur pecunia fide
les arbitrer̄? Nam isti se frequē
ter vēdere volūt:⁊ imperia dura
ferre nō possunt. Acquiritur aūt
fides ⁊ cōseruat̄ iustitia ⁊ prudē
tia:vt ait Idē lib.ij.c.xij.Unde ⁊
P hoc raro est aliquib⁹ mēbris rei/
publice:⁊ maxie ꝑm illud Ennij
vt ait Tulius vbi.s̄. Nulla sācta
societas nec fides regni.Immo
quorundam fides mutat̄ cū tem
pore:sicut ait Egipp⁹ lib.i.loq̄ns
de quodam qui fidē mutauit cuz
tempore. Sed nihil stabile qͦd ē
infiduz:ait Tulius de amicitia.c.
xij.Et ipsa fides.i.fidelitas est fū
damentum stabilitatis que est in
amicitia:ait ibidē.Et h̄ fides fuit
in magna reuerētia apͦd antiq̊s.
Unde ⁊ Cato eam cōmendans
dixit:eaz templū habere cū Io/
Q ue.siue vicinam esse Ioui in Ca
pitolio.prout ait Tuli⁹.iij.de offi.
c.xiiij.ꝫ illud Ennij.O fides ap
pta pinnis.i.fastigio templi.Ne/
mo vo pōt dici fidelis q infidel̄
est suis:ait Egippus vbi.s̄.Et qꝛ
n̄ ē vera amicitia nec vera virt⁹
nisi quaz regulat vera charitas:
iō nec est vera fidelitas:nisi quā
efficit diuia charitas.Fideles.n.
R in dilectione acquiescēt illi Sap.
iij.Amicus aūt fidelis:permāet
in tempore tribulatōis.Ecc.xxij.
Fidē posside cū proximo in pau/
pertate illius. Sequitur.In tp̄e
tribulationis permane illi fidel̄.
¶ Capl̄z.vij. Qualr̄ dꝫ respubli
ca salubribus consilijs dirigi.
c Onsequenter:sciendū:
ꝙ respublica debet esse
salubribus consilijs dire
cta:eo ꝙ salus vbi multa cōsilia.
S ꝓuer.xx.Unde rectores reipubli
ce antiquitus dicebant̄ consules
a ꝯsulendo.v.de ci.c.xij.Iō Tu
lius pⁱo de offi.c.xxij.ait.Par/
ua sunt arma foris:nisi consiliuz
sit domi.Unde ibi ait.Nͦ ꝯsiliū
Solōis pl⁹ ꝓfuit ciuitati Atheñ.
quia ab eo leges habuit et istitu/
ta:ꝙꝫ valuit victoria Themisto/
dis: qꝛ bellū gestū est cōsilio se/
natus:q a Solone cōstitut⁹ est.
T Et Señ. de tranquillitate animi
post principiū.Nō his solus in/
quit reipublice preest:qui tuetur
res:Et de pace belloqꝫ censet:sꝫ
q iuuentutem exhortatur:qui in
bonorū preceptoꝝ inopia virtutē
instituit: qui ad pecuniā luxuriā
ꝙ ruentes retrahit:⁊ si moratur
inpriuato:publicum tamē nego

tiū agit. Et Tulius de Senectu-
te.c.iij. dicit: q dantes consiliū
i republica plus agūt ꝙ alij. Nā
V sunt sicut gubernatores in naui.
Alij enim sentinaz exhauriunt:
alij cursant: alij malos exscādūt.
R Ipse vero clauuz tenens: ꝛ quie
tus sedens in pupi: multo maio
ra ꝛ meliora facit. Non enim vi-
ribus: aut velocitatib⁹ aut celeri-
tate corporis res magne gerunt:
sed consilio: auctoritate atqꝫ sen
tentia. post ꝯcludit ibi. Qd cū ta
libus senectus augeri soleat: apd
X eos viget ꝯsiliū. In antiquis enī
est sapientia. Job.xx. Unde Ro
boam quia dereliquit consiliū se
num: ꝛ adhesit ꝯsilijs iuuenum
S amisit regnū.iiij. Re.xij. Senuz
enim cōsiliū multū valet. Unde
Valeri.lib.vi.c.ij. dicit de illo qui
respondit alteri qui minabatur si
bi: q haberet mltos gladios. Et
ego inquit alius multos amicos
Quasi dicat. Te non timeo. Si-
militer consilio sapientum respu
blica augetur regitur ꝛ conserua
tur. sicut narrat Augu. epl'a.xxx-
viij. ad Dioscoruz de Temistocle
T pho: q non curauit q esset habi
tu indoctior cū canere neruis in
epulis recusasset. At vbi: cū se ne
scire illa dixisset: sibiqꝫ dictū essz:
quid igitur nosti. rn̄dit. Rempu
blicam ex parua magnaz facere:
V cū scilicet eius consilijs respubli
ca acquiesceret. Quales aūt esse
debent consiliarij in regimie rei-
publice: dicetur infra: vbi de Se
natu idest collectione senatoruz
siue consiliariorū aget.

¶ Capl'm.viij. Qualiter dz res-
publica ꝟtuosis morib⁹ decorari

T non solum respublica
e debet esse directa consi-
lijs: sed debz esse decora
ta moribus virtuosis: ſm qd ait
Aug. recitans versuz Ennij poe Z
te.ij. de ci.c.xxi. Morib⁹ antiq̄s
res stat romana virisqꝫ. Quem
versum ingt vel breuitate: vl' ve-
ritate tanqꝫ ex oraculo quodam
affatū esse mihi videt. Naz neqꝫ
viri nisi morigerata ciuitas fuissz
neqꝫ mores: nisi hi viri pfuissēt:
aut fundare: aut tam diu tenere
potuissent tantam ꝛ taz longe la-
teqꝫ imperantē rempublicā. Se
quitur De viris quid dicaz? Mo
res enim ipsi itroierunt viroruz
penuriam, put ibi dicit Aug. reci
tans verba Scipionis. Quales
enim erant mores antiquorū ait
Salustius recitans verba Cato- A
nis contionantis in senatu libro
i. Que verba etiam recitat Aug.
v. de ci.c.xij. Nolite ait existima
re: maiores nostros armis rem
publicam ex parua magnam fe-
cisse: Si ita esset multo pulcher-
rimam nos haberem⁹. Quippe
sociorum atqꝫ ciuiū: preterea ar-
moruz ꝛ equorū maior copia no
bis ꝙ illis. Sz alia fuere q̄ illos
magnos fecerūt: que nobis nul
la sunt. Domi industria: foris in-

B ſtum imperiū: animus in conſu
lendo lib: neqꝫ delicto neqꝫ libi-
dini obnoxius. pro his: nos ha-
bemus luxuriam: auaritiam: pu
blice egeſtatem: priuatim opulē-
tiam. Laudamus diuitias: ſeq-
mur inhertiaꝫ inter bonos ⁊ ma
los diſcrimen nullum. Omnia
ṽtutū ṗmia ābitio poſſidet. Nec
mirꝫ. vbi vos ſeparatū ſibi qſqꝫ ꝯſi
liū capitꝫ: vbi domi voluptatibꝰ:
vbi pecunie grā ſeruitis: eo fit: vt
impetus fiat in vacuam rempu-
blicam. hec ille. Ubi ergo predi-
cti mores ſunt: ibi merito reſpu-
blica ordinatur: ⁊ vbi deſunt: de
ordinatꝫ. Unū Augu. i. de ci. c. xxx-
iiij. loquēs de Scipione: ait. Qō
non cenſebat ille felicem rempu
blicam ſtantibus menibus ⁊ ru
entibus moribus. Et idem lib. ij.
Romani quippe portam veterē
C auctamqꝫ laboribus fediorē ſtan
tem fecerant qꝫ ruenteꝫ: quoniā
quidem in ruina eius lapides ⁊
ligna: in iſtoruꝫ aūt vita: nō mu-
rorum: ſed morū munimenta at
qꝫ ornamenta ceciderunt: cū fu
neſtioribus eorum corda cupi-
ditatibus qꝫ ignibus: vrbis tecta
ardent. hec ille. Et tamē vt ait idē
epiſtola. v. Auerſa ⁊ peruerſa cor
da mortalium: felices res huma
nas putant: cū tectorꝫ ſplendor i-
ſpicitur ⁊ labes non attenditꝫ aīa-
rum: cū theatrorum molles ex-
truitur: ⁊ effodiuntur fundamen
ta virtutum. ⁊c. Nam principan

tes in republica ſepe non ſtudēt:
mores corrigere: ſed hominibꝰ
dominari: ait Aug. vbi. ſ. c. xix.
recitans abuſionem talium. Re D
ges non curant qꝫ bonis ſed ſub
ditis regnēt. prouintie regibꝰ nō
tanqꝫ rectoribus morꝫ: ſed tāqꝫ
rerū dominatoribus: ⁊ delitiarū
ſuarum prouiſoribꝰ ſeruiunt. Et
iſtos bonos mores corrūpūt col
loquia mala. ij. cor. xiiij. Et qꝛ bo
nos mores vel malos nō faciūt
niſi boni vel praui amores: ꝑut
dicit Augu. epiſtola. xxxiiij. ideo
non ſunt boni mores in republi
ca niſi vbi ordinati amores: qui
ſolum ſunt in republica eccleſia-
ſtica: ſiue in ciuitate dei. quam fa
cit amor dei vſqꝫ ad cōtemptum
ſui: ꝑut ait idē. xiiij. de ci. c. vltio.
Et econtrario deſinit eſſe locus
remediorꝫ vbi que fuerant vitia
mores ſunt. ait Sene. epſa. viij. E
Mos eſt enim mentis habitus
ex quo ſingulorum operum aſſi-
duitas manat. Et ſic extendēdo
nomē: virtutes dicuntur mores
ait Policratus li. v. c. iij. Unde ⁊
ex hoc eſt deceptio multorum in
republica: eſtimantium: prauos
mores nō eſſe vitia propter aſſi-
duitateꝫ. ait Sen̄. li. de vera vita F
in pricipio. Argumētū peſſimuꝫ
turba eſt. Queramꝰ autē qd opti
mū factū ſit: n̄ qō vſitatiſſimū: ⁊
quid nos in poſſeſſioneꝫ felicitatꝫ
conſtituat nō qd vulgo: veritatꝫ
peruerſo interprete ꝓbatum ſit.
Et ibidem

Et ibidē. Nulla res nos maiorib⁹ malis implicat: q̄ qđ ad rumores componimur: optima rati que magno assēsu recepta sūt: q̄q3 ex̄ boni multi sunt: nec ad rationē sed ad silitudinē viuim⁹
G Et ponit exemplū. q̄ aliter est in vijs moꝝ: ⁊ aliter ī vijs pedū: qꝛ in primis celeberrima via maxime decipit scilicet q̄ ambulat multitudo. Similiter inquit in pplo quando vnus cadens se premit trahit alterū: ⁊ primi: exitia sunt sequentibus. Sic ⁊ i vita accidit q̄ cadentes in prauis moribus: alios trahūt ⁊ cadere faciūt. Ad quos mores corrigendos laborare debent rectores reipublice.

¶ Caplm nonū qualr debz respublica recta intentione ordiari.

c Et non solū predicta sufficiunt: nisi sit vna ⁊ ordinata intentio membroꝝ omniu3 reipublice scilicet vt ipsa saluetur: ait Tulius. iij. de offi. c. v. dicens: q̄ vnū dz esse ꝓpositū omnib⁹: vt eade3 sit vtilitas vniuscuiusq3 ⁊ vniuersorum: quā si ad se quisq̄ rapiat: dissoluet omnis
H humana cōsociatio. Vñ vo omnes intendunt cōmunē vtilitatem reipublice: nec aliqs vult nocere alteri pp propriu3 comodum: stabilis est respublica. Vñ
I ait ibidē. q̄ non solū hoc iure gētiū: sed etiam legibus populoru3 quib⁹ in ciuitatibus singulis respublica continetur eo mō cōstitutum est: vt nō liceat: sui como di causa nocere alteri. Hoc eni3 spectant leges. Sic volunt incolumen esse ciuiu3 coniunctionē: quam qui dirimunt: eos morte: exilio: vinculis: damno cohercēt ꝯm leges. Unde ibidē ait. q̄ detrahere aliquid alteri. ⁊ alteri⁹ incomodo: suu3 comodū augere: magis est ꝯ naturam q̄ mors: q̄ dolor: ⁊ cetera que possūt corpori accidere. Et hoc ideo: quia tollit conuictu3 humanū: ⁊ societatem que ꝯm naturā est. Et hāc intentionem habuerunt antiqui nobiles amatores reipublicequi intendebant comodū alienū sicut suū: vt ait Tulius prio đ offi. c. viij. dicēs. q̄ ille Terentianus chremes nihil humani. a se alienum putabat. Et Señ epła. xix. Nihil quod est humanū: alienū a me puto. Qđ ēt recitat Augu. epła. xxxviij. Sapiēs ingt Señ. Qui nihil iudicat suum magis q̄ cuiuslibet: illi cu3 humano genere cōsortiū est. Sed stulta auaritia mortalium: possessionū proprietate3 decernit: nec quicq̄ credit esse suū qđ publicū. Sūt eni3 sapientes similes soli ⁊ lune que omnibus lucent. Vñ Señ. ibidē Soli inquit ⁊ lune plurimu3 debeo: ⁊ tñ non mihi vni oriuntur. Jmo curabant đ republica post mortem sicut ante: ait Tulius de se loquēs li. de amicitia. c. vi. Nō minoris cure mihi est: qualr post K

mortem meã respublica fuerit q̄ꝫ
qualis hodie. Paucis enim na
tus est: q populũ sue etatis cogi
tat: ait Señ. epistola. xlij. Et ideo
quedam ciuitates attribuũt diui
nos honores quibusdam: vt ex/
citarent alios ad sustinendũ pro
republica: ait Tulius. iij. de natu
ra deoꝝ. Unde ait ibidem. ꝙ in
L plerisqꝫ ciuitatibus: augende vir
tutis gratia: quo libentius: reipu
blice periculum adiret optimus
quisqꝫ: viroꝝ fortium memoriã:
honore deoꝝ immortaliũ conse
cratam intelligi potest. Unde ex
hac vnanimi voluntate ⁊ cõi in/
tentione existentiũ in republica
M ipsa saluatur ⁊ conseruatur. Qđ
patet exemplis sensibilibꝰ. Ter/
ra eniꝫ immobiliter stat: eoꝙ eiꝰ
quelibet pars tendit ad vnũ scilꝫ
ad centrũ vt dicit phus. ij. de ce.
⁊ mũdo. Item: nauis regulr tra
hitur: quando a vehentibus con
corditer ducitur. Similiter acies
proficit et vigoratur q̄ꝫdiu ꝯcor
diter tenetur. Et sic in oi cõitate.
Et quia nõ est perfecta intentio
ad vnuꝫ in aliqua cõitate: nisi in
vnitate ecclesiastica: in qua que/
ritur vnũ: qđ est necessariũ ⁊ pe/
titur res vna scilicet habitatio su
perna in glia: ideo sola eccliasti/
ca respublica est perfecta: in qua
quis non debet querere qđ suuꝫ
ē: sed quod ihu xpi. Qđ ostendit
N apo. exemplo membroꝝ in cor/
pore sibi inuicem ministrantiuꝫ.

i. cor. xij. Quando igit dictis mo
dis respublica cõstituitur: guber
natur ⁊ adiuuatur: salua erit.

¶ Capłm. x. Qualr respublica
ex predictoꝝ defectu destruit.

e X predictis patet: qualit
respublica dissipat ⁊ dis/
soluit: ⁊ sic destruitur ex
defectu predictoꝝ. Ex eisdeꝫ eim
generatur res ⁊ corrumpitur: ait
phus: ethi. ij. Ex quo igit respu/
blica perficitur ex predictis: eoꝝ O
carentia ⁊ defectu deficit ⁊ dissol
uitur: vt patet ex verbis Catonis
Similiter etiam: vt non maneat
color vł pictura in republica: p/
ut dicit Augu. ij. de ci. c. xxviij. re/
citans ỽba Tulij li. v. de republi/
ca. Nostra etas: cũ rempublicaꝫ
sicut picturam accepisset egregiã
euanescente venustate: non mõ
eam coloribus hisdeꝫ qbus fue
rat renouare neglexit: sꝫ nec id q
dem curauit: vt formam saltē eiꝰ
et extrema tantuꝫ liniamenta ser
uaret. Quid enim manet ex anti O
qs moribus: quibus ille dixit rē/
publicam stare romanam: quos
ita obliuione obsoletos videmꝰ:
vt nõ modo nõ colantur: sed ēt
ignorentur? Et si ita fuit tũc mul/
to minꝰ est modo effigies vł co/
lor: vbi omnes querunt que sua
sunt non que ihu xpi. ⁊ de destru
ctione reipublice loquitur Aug.
ibidem. c. xix. vbi postq̄ꝫ enume/
rauit flagitia: ludibria ⁊ scelera q̄
fiebãt in republica. ait. Quis hãc

rempublicam non dicam roma
P no iperio. sꝫ domui Sardanapa
li ꝯpauerit? Qui quondã rex ita
uit voluptatibus dedit⁹: vt in se-
pulchꝛo sibi scribi fecerit: ea sola
habere moꝛtuum que libido ei⁹
cõsumpsit dum viueret? Et hec
mala in republica siue in mũdo
oꝛta sunt ex ignauia: ociositate: li
bidinosa voluptate ⁊ pacis male
tranqlitate: ait Augu. pꝛio de ci.
c.xxx. recitans v̾ba Scipiõis di.
Qñ Catone suadente: vt cartha
go destrueret emula romani im
perij cõtradicebat ipe Scipio ti-
mens infirmis aĩs hostium secu
ritatem. ⁊ tanq̃ꝫ pupillis ciuibus
ydoneũ tutoꝛẽ: necessariuꝫ vidẽs
esse terroꝛem. Et hoc quidem re
ipsa ꝓbatũ est: Deleta qppe Car
thagie: ⁊ magno scilꝫ terroꝛe ro-
mane reipublice depulso ⁊ extin
cto: tanta de rebus pꝛosperis oꝛ-
ta mala continuo subsecuta sunt:
vt coꝛrupta diruptaqꝫ concoꝛdia
R respublica destructa sit. Que ma
la: qualia fuerunt enumerat ibi.
c.xxxi. scilicet ciuilia bella: libido
dominãdi: auaritia: luxuria: ⁊ sic
de alijs. Consimil̾r loquit̾ Aug.
epistola. v. recitãs v̾ba Salustij:
ꝙ quando nec hoĩbus nec ipsis
quos deos putabant: moꝛũ per-
ditoꝝ ⁊ coꝛruptoꝝ auaritia rapa-
citasqꝫ parcebat: tunc cepit peri-
re laudabile illud decus: salusqꝫ
reipublice. Et itroducit ibi v̾sus
Juuenalis. Nunc patimur lõge

pacis mala. seuioꝛ armis. Luxu
ria incubuit. victũqꝫ vlciscitur oꝛ
bem. Nullum crimẽ abest: faci-
nusqꝫ libidinis. Ex quo paup̾tas
romana perijt. ⁊c. Unde sequit̾.
Dolendũ enim viderũt: pꝛuden-
tes scilicet plus paupertatem q̃ꝫ
opulẽtiam perisse romanam. In
illa: moꝝ integritas fuabat: per
hanc: non muros vrbis sed mẽ- S
tis ipsius ciuitatis dira nequitia:
omni hoste peioꝛ irrupit. Qui er
go volunt esse fideles reipublice:
studeant vt rectis legibus regant̾
iustitia oꝛdinẽtur: ⁊ sic de alijs vt
s̃. dictum est: ⁊ a ꝯ̃rijs caueant.
¶ Capl̾m. xi. Quanta sustinue-
runt ⁊ fecerunt antiqui pꝛo salute
reipublice.

c Onsequẽter ꝯsiderãda
sunt antiquoꝝ exempla
⁊ facta circa rempublicã
augendã ⁊ conseruãdã. Fuit eiꝫ T
i eis pia ꝓ ipsa sollicitudo ad ipaꝫ
pꝛo eius salute: feruida emulatio
terrenoꝛum oĩum cõtemptus si
ue despectio: terribiliũ ⁊ arduo-
rũ agressio: periculoꝝ ⁊ laboꝛuꝫ
perpessio: moꝛtis libẽs susceptio:
⁊ necis caroꝛum sicut filioꝛum ⁊
cognatoꝛũ pꝛo republica occiso-
rum nulla lamentatio: ⁊ etiã fuit
in eis moꝛiendi ante destructio-
nem reipublice omnimoda affe
ctio: quia in eis vigebat soli⁹ rei-
publice salutis desideratio. Et de
his ꝓ parte in bꝛeuiloquio de vir
tutib⁹. Unde narrat Valeri⁹ li. ij.

.c.iij.de Camillo: qui precat⁹ ē: ꝙ si alicui deorū felicitas romana nimia videretur: eius inuidia sui aliquo incomodo sanaretur. ꝛ subito lapsu decidit. Qđ etiam ad damnationē qua postea oppssus est pertinuisse visū est. Sequitur. Eque virtutis est: ꝛ bona patrie auxisse: ꝛ mala in se transferre voluisse. Et idem Ualerius li.vi.c.vi. narrat de pietate antiq̊rum in pr̄iam: vbi ait. Restat vt pr̄ie caritas exhibeat̄: cui⁹ maiestatis que deoꝝ numinib⁹ equat̄ auctoritas: parentum vires subiecit.¡Fraterna q̊q₃ charitas eq̊ animo ac libēter cedit. Et exemplificat de illis: q se morti ꝑ repu

V blica exposuerunt. vbi narrat de quodam in cui⁹ capite cuȝ picus sedisset: ꝛ affirmarēt auruspices: pico occiso fore reipublice statuȝ felicissimū: sueq₃ domus miserrimū: cōseruato aūt pico i ꝯrium vtrūq₃ cessurū: ille picū in ꝯspectu senat⁹ morsu suo necauit. idē narrat Vegeti⁹ li.viij.c.viij. Iteȝ Ualeri⁹ li.v.c.vi. De Aristo. narrat dicens. ꝙ cum esset supreme vite: Et reliquias senilib⁹ ac rugosis membris in sūmo lraꝝ otio vix custodiens adeo valenter ꝑ salute patrie incubuit: vt caȝ: hostilibus armis solo equatā in lectulo Atheniensiū e manib⁹ in quibus erat eripet. Et ibidē de multis

X narrat q mira fecerūt ꝑ republica: sicut de Codro q se morti exposuit: vt sui vincerēt: Et de alijs simil'r. Similiter Augu.v. de ci. c.xviij. narrat q̄ta sustinuerunt antiqui pro republica. Sicut de illo q se ꝑcipitauit in hiatū terre cū dictū esset oraculis deoruȝ: vt illud qđ romani hr̄ent optimuȝ illuc mitteretur. Et de Bruto qui filios occidit: q̄a fuerant contra rempublicā. De q̊ poeta ait. Natosq₃ pater noua bella gerentes. Ad penā: pulchra ꝑ libertate vocauit. Et de alio qui filiū occidit: licet ꝑ patria pugnasset: q̄a tñ ꝯ imperium suum.i.ꝯ illud qđ imperauerat: licet viciss₃ occidit: ne plus mali esset in exemplo imperij ꝯtempti: q̄₃ boni in glīa occisi. Narrat etiā de alio: q q̄a porsēnaȝ regem occidere nō potuit: ꝛ pro eo aliū deceptus occidit: in ardenteȝ aram ante oculos eius dexteram ostendit dicēs: m'ltos esse tales: qualeȝ illū vident: qui in eius exitiū coniurassent. Cui⁹ ille fortitudinem ꝛ coniurationē taliū pertimescens: a bello facta pace se compescuit. hoc idē narrat Señ. epistola.lxxvij. Qual'r

autem omnia ꝯtēpserunt ꝑ salute reipublice ait ibidem: di. ꝙ ipsi pauperes erāt: quoꝝ diuitijs erariū plenū erat. Et cum haberent opulentissimā rempublicā.i. rem patrie: rem cōeȝ: ipsi in domib⁹ suis pauperes erant. Simil'r ait Tuli⁹.ij. de offi.c.xxiij. di. ꝙ omnium macedonū gaza: q̄ maxie Y

potit⁹ est Paulus tātū in erariū pecunie iuexit: ꝙ vnius impera/ toris preda finē attulit tributorū. At hic nihil in domū suam attu lit preter memoriā nominis sem piternam: imitatus p̄rem affrica nū: q in nullo locupletior fact⁹ ē: Carthagine euersa. Sic nec su⁹ collega minim⁹ non tñ copiosior cū copiosissimam vrbē funditus sustulisset: Italiā magis ꝙ̄ do/ mū suam ornare maluit: q̄ orna ta: domus eius videret ornatior. Non enim diuitias reputabant suas: sed cōitatis. ait idem li. iij. c. xv. Neqꝫ solū nobis diuites eē volum⁹: sed liberis: propinquis: amicis: ⁊ maxie reipublice. Sin gulorꝫ eim facultates ⁊ copie. di uitie sunt ciuitatis. Unde antiqui non estimabant aliquos viuere: nisi qui viuerent ad aliorū vtilita tem: ait Señ. epistola. liiij. ꝙ ēt ñ sibi viuit q nemini viuit. Hinc Joseph⁹ videns patrie ruinaꝫ in destructiōe ciuitatis hierosolimi tane: Tito eam obsidente: defle/ re cepit: ꝙ euaserit scilicet cū ce/ ciderit percussus saxo sup caput: eo ꝙ dulce eēt sibi mori añ p̄riā: ait Egippus li. vi. vt eniꝫ ait Tu/ lius prio de offi. c. xviij. oīum so/ cietatum nulla gratior: nulla ca/ rior ꝙ̄ ea que cū republica ē. vni cuiqꝫ nostrū cari sunt parentes: ꝑpinqui: liberi: familiares: sed omnes omniū charitates patria vna complexa est: ꝑ qua vir bo/ nus non dubitat mortem appe/ tere: si ei sit ꝑfectnrus. Et cōclu/ dit ibi. Quō detestabilior nulla est immanitas ꝙ̄ corꝫ q lacerāt sce lere patriam: ⁊ in ea delenda fū/ ditus occupantur. Et idem Tuli us rethorica. ij. li. v. dicit. Quō nul lum periculū vitandū est ꝑ salu/ te reipublice. Ut enim dicit Uale rius li. ij. c. i. fidū erat ⁊ altū rei/ publice pectus: curia silentiqꝫ sa lubritate munituꝫ ⁊ vallatū vndi qꝫ: cuius limen intrantes: abie/ cta priuata charitate: publicā in/ duebant: ⁊ ideo ꝑ republica om nia sustinebant. Propter qō ēt non plangebant filios: ꝑ repu/ blica morientes: maxime si vir/ tuose pugnarent: ait Criso. super Johanneꝫ omelia. lxij. arguens fideles qa plangunt mortuos su os: qbus est spes resurrectionis. Unde ait. ꝙ gētiles possent i hoc dirigere xp̄ianos. Naꝫ mulier q̄ dam gentilis audiens de filio in bello cadente: interrogauit Qua liter res ciuitatis sunt dispositeꝛ Quasi dicat. Si res ciuitatis sal ue sunt: nō plango filiū. Simil'r narrat ibi de alio. q cū esset coro/ natus. i. habēs coronā in capite: cū audiuit ꝙ filius pro patria ce cidit: auferens coronam interro gauit. vter duorꝫ: idest. Quis fi/ liorumꝛ ⁊ coronam confestim re posuit. hoc idem narrat Ualeri⁹ planius li. v. in fine di. Quō cum Xenofon sollēne sacrifitiū page/

ret ꝛ maiorez filiũ noĩe getilũ ce
cidiſſe in prelio cognouiſſet.non
ideo cultũ deoꝝ obmittendũ pu
tauit.ſed tantũ coronam depone
re contẽtus fuit. Percũctatuſqꝫ
quõ cecidiſſet. vt audiuit pugnã
tem fortiſſime interijſſe. coronaz
capiti repoſuit. Mineruam cui
ſacrificabat teſtatus. maiorez ſe
ex virtute filij voluptatem ꝙ̃ ex
morte amaritudinẽ ſentire. Mi
ris enim modis afficiebãtur an
tiq ad rempublicã.ex quoꝝ con
ſideratione arguit Aug.v. de ci.
c.xviij.ꝛ poſt.Si iſti talia feceꝛt
F ꝑ republica ꝛ omnia cõtẽpſerũt
tot pericula aggreſſi.ꝛ horribilia
mortis gnã perpeſſi ſunt.qd ma
gnũ eſt.pro illa eterna glia.cun
cta ſeculi huius ꝙ̃tũlibet iocun
da blandimenta cõtemnere.vel
qũo audebit quis:de volũtaria ſe
paupertate extollere.vel mortem
ꝑ xp̃o timere.ſaluatore dicente.
nolite timere eos qui occidũt cor
pus Math.x. vnde ꝛ ibi arguit
ꝙ ſi ipſi hec fecerunt amore pa
trie:ꝛ laudũ cupiditate:ꝑut loq
tur poeta d̃ illo qui occidit filios
G Uicit amor patrie:laudũqꝫ imẽ
ſa cupido.Quid magnũ ꝑ vera
libertate q̃ liberos facit a diaboli
dñatu:nõ ꝑ cupiditate hũanarũ
laudũ:ſed charitate liberandoꝝ
hominũ a demonibꝰ ſcilꝫ ẽ faciẽ
dũ.ꝛ ſic de alijs ꝑut ibi bene cõ
cludit Augu.Si eniꝫ illi ꝑ repu
blica.i.pro re populi nõ redẽpti
magno precio ideſt ſanguine ie
ſu xp̃i:nec regnãti ſacramẽtꝭ eiꝰ:
nec viuificati vita ſua:nec effecti
vel exiſtentes ad modũ corporis
eius:nec ꝑellecti ad vitã eternã:
nec hr̃edes dei:aut coheredes xp̃i
facti:ꝛ pro ſalute tp̃ali nõ eterna
ex carnali amore patrie:ꝛ laudũ
cupidine:non ad meriti augmẽ
tum vel premij cumulũ:nec ad
animarum ſalutẽ vel dei honorẽ
tot ꝛ talia fecerunt: ꝙ̃ta debẽt fa
cere viri eccleſiaſtici pro republi
ca eccleſiaſtica.i.pro re populi re
dẽpti ſaluatoris ſanguine ꝛ ab eo
ellecti? Et ſic de alijs.De quo.i.
Pe.ij.vos eſtis genꝰ ellectũ:re
gale ſacerdotiuꝫ.ꝛ hoc charitate
mouente:ꝛ ad augmentum me
riti facientiũ: ad cumulũ premij
ad animarum ſalutem ꝛ dei ho
norem? Exẽplo Saluatoris ſua
dentis qui animam ſuam poſuit
ꝑ republica.i.Pe.i.xp̃s paſſus
eſt pro nobis: vobis relinquens
exemplũ.Et.i.Jo.iij. Sicut ipſe
animam ſuam poſuit pro nobis
ſic ꝛ nos debemus aĩas pro fra
tribus ponere.Et ſi ſꝫ phos ali
q diſcendi ſtudio impediti quos
tueri debent deſerũt:ꝛ nil confe
rũt ſtudij:nil operis: nil faculta
tũ ſcilicet in vite ſolatiũ:in alterũ
genus iniuſtitie incurrũt:ꝑut di
cit Tulius pn̄o de offi.c.v.mlto
magis qui deſerunt rempublicã
diuinam cauſis predictis neceaꝫ
adiuuãt.Quia vt ait ibi.c.vj.pre

H clare scriptū est a Platone. Nō solū nobis nati sumus: ortusq̃ nostri partem patria vendicat: partem amici. Atq̃ vt placet Socraticis: que in terris gignuntur: ad vsus hominū omnia creari: hoīes vero: hoīum cā eē generatos nec ipsi inter se alijs alij pdesse possent. In hoc ei: nā ꝫ ducē debemꝰ seq: cōes vtilitates in mediū afferre: imutatiōe vł mutatione officiorū dādo ⁊ accipiendo: cū artibus: cū opa: cū facultatibꝰ devincere hoīum inter hoīes societatem. hec ille. Si ergo phi iudicabant: hoc esse faciendū nā duce: multo magis debent fideles: spū inspirante ⁊ dirigente viuere ad aliorū vtilitatem: vt nemo sibi viuat ⁊c. Ro. xiiij. Qualiter autē respublica debeat disponi in se ⁊ suis ptibꝰ ⁊ officijs docet Auice. x. phie sue. c. viij. vbi ait. oportet: vt in statuendo leges hec sit

I prima intētio scilicet ordinare ciuitates in tres partes. i. in dispositores: ministros: ⁊ legis peritos. Et in quolibet eorū ordine ordinet aliqs prelatus. ⁊ post hos ordinent alij: vt nullus sit inutilis in ciuitate: quin habeat aliquē statum laudabilē: vt scilicet ab vno quoq̃ proueniat vtilitas ciuitati Ideo ꝓhibeat legislator ociositatem ⁊ vacationē: ne sit aliqs q non obediat alicui. Sūt eim cōpescendi: ⁊ qui non patiunt compesci: expellendi sunt a ciuitate.

Sequitur. Debet etiam prohibere officia: pp que amittuntur hereditates: ⁊ ex quibus nulla prouenit vtilitas: vt non sit luctator vel aleator: hic enim accipit qđ nō prodest ciuitati. Sed oportet ꝙ qui accipit afferat fructū alij. K

Item prohibeat studia: vtilitati ꝯria: que sunt: doctrina furandi: rapiendi: ⁊ decipiendi. ꝓhibeat etiam actiones: que si negligunt inducūt contrariū constructiōis ciuitatis: sicut est fornicatio: ⁊ cōsilia: que retrahūt homies a cōiugio qđ ē melius in ciuitate: ne quis degeneret: ⁊ eueniat primo niorū alienatio. Decet etiam ne ꝓueniat diuortiū vł diuisio copule que est in coniugio. Sic enim ordinata ciuitate poterit qsq̃ pacifice viuere quo ad se. fructuose quo ad alios: ⁊ quisq̃ possidere quod suum est. Et ob hoc maxime: vt sua teneāt homines: reipublice: ciuitates constructe sūt. ꝓut dicit Tuliꝰ. ij. de offi. c. xxiij. Nam ⁊ si natura duce cōgregabantur homines: tamen spe custodie suarum rerū: vrbiū presidia querebant: vt ait ibidem. L M N

¶ Caplm. xij. ꝙ doctrina euangelica non repugnat reipublice.

e Tqm aliq errauerūt: ponentes: doctrinam euāgelicam ꝯriari reipublice: sicut scribit Marcellinus ad Augu. epistola. iiij. dicens scilicꝫ opinando: ꝙ predicatio ⁊ doctri

na euangelica reipublice moribꝰ
nulla ex parte ꝯuenit: sicut a mul
tis dicitur. Cuiꝰ ꝓceptũ ẽ. vt nul/
li malũ pro malo reddere debea
mus. ⁊ percutienti maxillã ꝓbe/
re aliam: ⁊ paliũ dare tollenti tu/
nicaȝ: Et sic de alijs Math. v.
Nam quis tolli sibi ab hoste ali/
quid patiatur: vel romane ꝓuin/
cie depredatori: nõ mala velit iu
O re belli rependere? Et ad illõ re/
spondet Augu. epistola. v. añ fi/
nem di. Qui dñt doctrinam xp̄i
aduersam eẽ reipublice: dent ta/
lem exercitum: tales milites: ta/
les ꝓuinciales: tales maritos: ta
les coniuges: tales parentes ⁊ fi
lios: tales dños ⁊ seruos: tales iu
dices ⁊ reges: tales debitores fi/
sci: redditores ⁊ exactores: q̃les
precipit doctrina xp̄iana: ⁊ aude
ant: eaȝ dicere reipublice aduer
sam. Imo non dubitent confite/
ri: magnaȝ si sibi obtemperet sa/
lutẽ esse reipublice. Quasi dicat.
Si predicti tales essent in repu/
blica: euangelica doctrina eis op
time conueniret. Nec mirũ: cuȝ
talem rempublicam ip̄a consti/
P tuat. De qua post subdit Augu.
Nõ in ista colluuione moꝝ pessi
morũ ⁊ veteris perdite disciplie:
maxime venire ac subuenire de/
buit celestis auctoritas: que volũ
tariam paupertatẽ: cõtinentiaȝ:
beniuolentiam: iustitiam cõcor/
diaȝ veraq̃ꝫ pietatẽ persuaderet:
ceterasq̄ꝫ virtutes non tm̃ ꝓpter
vitam istam optime gerendam:
nec tm̃ propter ciuitatis terrene
concordiaȝ: verũ etiã ꝓpter adi/
piscendam sempiternã salutẽ: et
eternam cuiusdã populi celesteȝ
diuinamq̄ꝫ rẽpublicã. Cuiꝰ nos
ciues efficit fides spes charitas:
⁊c. Vñ si tales essent ciues ⁊ alij
omnes quales describit doctrina
euangelica: nullus faceret maluȝ
alteri: nec tolleret tunicã. Itẽ alij
errantes posuerunt: multa mala
venisse reipublice post fidẽ xp̄ia
nam: que tangit Marcellinꝰ. ⁊
ad que respõdet Aug. vbi. s̃. di.
Multa mala fuisse in republica
etiam ante fidẽ iducens v̉ba Sa Q
lustij. li. ij. vrbẽ scilicet fuisse vena
lẽ: ⁊ mature perituram si empto
rem inuenerit. Similiter inducit
verba Iuuenalis. Seruabat ca/
stas hũilis fortũa latinas. Quõ/
dam: nec vitijs contingere ꝓua
sinebat. Tecta: labor: sõniq̄ꝫ bre/
ues: ⁊ velere tusco. Vexate dure
q̄ꝫ manꝰ: ⁊ proximꝰ vrbi. Hani
bal: ⁊ stãtes collina turre mariti.
Et ad hanc questionem respon
det Aug. v. de ci. c. v. Et post re/
citans mala: que venerunt reipu
blice romane etiam ante fidem. R
Vnde ait lib. iij. c. xviij. rempubli
cam romanam ita perisse: ⁊ tot
milites fuisse ab Hanibale inter
fectos: q̄ ipse misit tres modios
plenos annulis extractis de digi
tis eoꝝ in ciuitatẽ suã Cartagiñ.
Non igit̃ fidei xp̄iane imputari

debet: si aliquādo aduersa reipu/
blice contingunt: sed potius pec
catis hominum inobedientium
doctrine euangelice: & transgre/
dientiū eius mandata. ait Aug.
S in tractatu de excidio vrbis. di.
Nō de⁹ permisit: multos in exci
dio vrbis flagellari: quia seruus
sciens voluntatem domini sui et
ñ faciens: plagis vapulabit mult̄
vbi ponit exempla: vnā tribulaꝫ
sentit area: vt stipula scindatur &
granū mūdet: vnū ignē fornax:
vt palea pergat in cinerē: & auꝝ
sordib⁹ careat. Sic tribulationē
roma pertulit: in qua vel liberat
pius vl' damnat impi⁹. Fides er
T go non nocuit reipublice sꝫ mul
tū profuit. Nec pp fidē xpi fue/
rūt puniti: sed ꝑpter peccata sua
vt dictū est. Unde erroris huius
improbitas per se patet. Nam di
cere: peius esse illis cū quib⁹ de⁹
est: & melí⁹ illis cū quib⁹ ñ ē: im/
probabilis error est: ait Joseph⁹
contionās ad iudeos: ꝓut dicit
Egippus li. vj. vos inqt deus de
seruit: quia vos pietatis cultū de
seruistis: ꝑsidiū speratis diuinū:
sed qui defēdebat: ad hostes mi
R grauit: quia deum quem nos co
lebamus romani venerātur: et
nos offendim⁹. vbi iducit aucto
V ritates scripturarū. Non eniꝫ in
multitudine populi sed in timo/
re domini Abraā penetrauit egy
ptū. Dormiebat Abraam: & tor/
quebat Pharao Geñ. xx. Sic
de Jsaac. Sic de Jacob ꝯ Esau
Sic Moyses ꝯ egyptios ora/
X bat dū dormiebat. Sic ꝺ Josue
Gedeone Ezechia. Jn orone er
go meliora arma q̄ꝫ i ꝟtute. Nō
ergo in multitudine exercit⁹: bel
li victoria: sed de celo fortitudo. i.
macha. iij. Cū igitur deus sit cuꝫ
illis q recte credūt: dicere: ꝙ pe/
ius est hominibus post fidei su/
sceptionē q̄ꝫ ante irrationabil' er/
ror est. Judith. vj. Si deus no/
biscū: cur apprehendūt nos hec
omnia. s. mala. Quasi di. Mala
Y non apprehendūt eos cum qui/
bus deus est.

¶ Secunda distinctio. De infor
mationé principis in republica.

¶ Capitulū primū. Quomodo
ꝑnceps dꝫ esse ad modū capitis.

P Remissis rationib⁹
instruendi habentes
curā reipublice & cō
ferendi cuꝫ eis: cōse/
quenter ꝓcedenduꝫ
est: sūmo magistro dirigente ad
informationem & instructionem
Z partiuꝫ eius: siue mēbroꝝ. Quia
vt tactū est supra respublica ꝭm
Plutarcū est corpus quoddaꝫ:
qđ diuini muneris bñficio aiatꝛ
& summe equitatis agitur nutu.
& regitur quodaꝫ lumine rōnis:
Jn quo corpe quoniā princeps
obtinet capitis locū: vni subiect⁹
deo: & etiaꝫ eis qui vicē dei agūt:
in terris: quoniam qui cultū dei
& religionis instituūt & informāt

A vicez anime in respublice corpe
obtinent: ⁊ sic ab eis totũ corpus
vegetatur ⁊ regitur. Et d̄ isto cor
pore ait simlr Amelius florus
loquẽs de Remulo in principio
historie romanoꝝ. Q̄d ex varijs
quasi elementis congregauit cor
pus: ⁊ vnũ pplm romanũ effec.
Et quoniam in isto corpore pn/
B ceps est ad modũ capit vt dictũ
est. ⁊ sicut legitur. i. Re. xx. Cum
esses paruulus in oculis tuis: ca
put factus es in tribub⁹ israel. ait
Samuel ad Saul. Et li. v. de sa
cramentis. c. viij. Terrena ptãs:
caput habz regẽ: ⁊ spũalis: sum/
mũ pontificẽ. Et merito: per ca
put significat: q2 sicut caput mẽ/
bris oib⁹ suprapositũ est ⁊ oium
regitiuum: in sublime erectum:
sensib⁹ omnib⁹ dotatũ: ⁊ singula
ri vẽustate effigiatũ. ait Ambro.
C in exameron. omel. vi. Caput in
quit sup reliquos art⁹ nostri cor/
poris cernim⁹ eminere: prestan/
tissimũq3 oium tãq3 supra elemẽ
ta celũ: tãq3 arcẽ inter cetera vr/
bis menia. In hac arce quãdaz
habitare regalẽ sapientiã s̄m di/
ctũ ꝓpheticũ. oculi sapient in ca
pite eius: hanc esse ceteris tutlo/
rẽ: ex illa oibus mẽbris vigorez
prouidentiãq3 deferri. Que ẽ va
liditas lacertoꝝ: q̄ velocitas pe/
dũ: nisi capitis velut pricipis sui
impartialis q̄dã ãminiculet pote
stas? Ex eo eim ait distituũt vni
uersa: aut oia fulciunt. Maior
humani capit ornat⁹: q cerebrũz
nostrũ. sedẽ ⁊ originem nostroꝝ
sensuũ capillis munit ⁊ vestit. Il
lic eniz sedes ẽ vniuersoꝝ. Cum
caput vides: hoiem agnoscis: si
caput deest nulla cognitio adesse
põt: iacet truncus ignobilis sine
honore sine noie. vnd̄ postea ibi
concludit. Nõ imerito huic q̄si
cultori suo mẽbra cetera famulã/
tur. ⁊ circũferũt illd̄ seruili gesta/
mine. atq3 i sblimi locatũ vehũt
videas enim: imperatori suo sin
gula mẽbra gratuito stipẽdio mi
litare. Alia portant: alia pascunt:
alia defendũt vel ministeriũ suũ
exhibent. parent vt pricipi: ancil
lant vt dño. hec ille. Merito er
go ob dictas elegãtes capitis pre
rogatiuas princeps debet esse ca
put populi. Qui debet eẽ talis q̄
le caput in corpore hũano: ⁊ cui
defuiãt singuli: sicut ⁊ capiti mẽ
bra. Unde pnceps est ptãs publi
ca: ⁊ quasi q̄daz in terris diuine
maiestat imago: ait Policrat⁹
li. iiij. c. i. Jõ ⁊ anime regenti cor
pus comparat: ꝑut ait Señ. pri
mo de clementia. vbi loquẽs de
imperatore ait. Q̄d queadmõuz
totũ corp⁹ aio deseruit: tanto ma
gis tantoq3 speciosi⁹ ille in ocul
to manet: ⁊ cũ man⁹: pedes ocu
liq3 negociũ illi⁹ gerunt: sic ⁊ im
mensa multitudo: vni⁹ aie circũ
data est: illius spiritu regit illius
rõne flectit. ⁊c. Jõ pnceps dicit
basis ppli. Job. ix. sub q̄ curuant. A

B

C

D qui portant orbē.vbi Grego.ix
moral'.dicit.Qd̄ pnceps non in/
congrue greco eloquio basileos
dr:qd̄ latina lingua basis ppli in
terpretatur.Quia ipse sup se po/
pulū sustinet:qui motꝰ illius pie/
tatis pondere fixus regit.Mul
tū ergo necesse ē pncipi:sub quo
ꝯphendit ois dominās in repu/
blica sibi ꝯmissa:vt sit virtutibꝰ
preditus:prudētia exptus:mori/
bus pbus:eminentior in his po
pulo quem regit.Cū ēt in brutis
aialibus vigore valentiora psūt.
E Ait Señ.epistola.ix.di.Qd̄ pri/
mi mortaliū:ꝛ ex eis geniti nāz i
corrupti sequebant:eūdē hēbant
ducē ꝛ legē cōmissi melioris ar/
bitrio.Naturale enīz ē potioribꝰ
deteriora submitti:vt mutis qui
dē gregibꝰ aut maxia corpe pre/
sint:aut vehemētiora.Non pce/
dit armenta deneger taurꝰ:sed q
magnitudine auctoritatꝫ ceteros
malos vincit.Elephantium gre
ges maximꝰ ducit.Inter hoies:
maximo est pximuz optimum.
Animo itaqꝫ rector eligebatur.
F Idō sūma gentiliuz felicitas erat
in quibus non poterat esse poten
tior nisi melior.hec ille.Et huic
ꝯcordat qd̄ dr de Saule.i.Re.
x.ait Samuel.Videtis quem ele
git dominus:ꝙ nō sit similis ei
in omni populo.Quando igitur
talis est pnceps:merito caput po
puli dici potest.
¶ Caplm.ij.Qd̄ dominatio nō
ē ex libidine ambiēda.
O Omnis aūt princeps est
admonendus de cauen
da ambitione pncipādi
vel dominandi.Ad pn̄s aūt notā
dū:ꝙ non est appetenda poten/
tia principandi siue dominandi
ob vtilitatis modicitatez.Ob ve
re bonitatis in ea paruitatez.Ob
mltimodā icomoditatē.ꝛ ob eiꝰ
momentaneā breuitatez.De qbꝰ
omnibus eleganter loquit Boe
tius.ij.de consola.c.vi.Quid in/ G
quit de dignitatibꝰ potentiaꝝ di/
seraz quas celo equatis.ꝛc.Et se
quitur.Quo ita fit:vt nō:virtuti
ex dignitate:sed ex v̓tute dignita
tibus honor accedat. Que v̓o ē
hec nostra spectabilis:ꝛ preclara
potentia?Nonne terrena anima
lia cōsideratis?Nunc inter mu
res si videres aliquem:ius si/
bi ꝛ potestatem preceteris vendi
cantez:qͣ̄to mouereris cachino.
Quid v̓o:si corpus spectes im/
becillius reperire queas:qd̄ sepe
muscularū morsus:vel in secre/
to quoqꝫ reptantium necat in/
troitus?Ex quo cōcludit:ꝙ non
potest quis exercere ius nisi in so
lū corpus cum animus sit liber.
Exinde arguit:ꝙ in dignitatibus
ꝛ potestatibꝰ si aliquid inesset na
turalis ꝛ proprij boni:nūqͣ̄ pessi
mis prouenirent.Non eniz solēt
aduersa sociari.ꝛ nā respuit:vt H
contraria queqꝫ iungant.Itaqꝫ
cum pessimos plerunqꝫ dignita

ribus fungi videas: dubium nō
est: illa in natura sua nō eē bona
que pessimis inherere patiūtur:
Et.li.iij.c.iiij.de hoc idē elegan-
ter.vbi ꝓbat: ꝙ dignitas siue ho
nor nil habet ex se virtutis vel ꝓ
bitatis: nec in ea propria vis sed
hoīuz falax ānectit opinio. Et iō
per vmbratiles dignitates: dubi
um nō ē posse asseq reuerentiā:
cū etiam indignis malū dedecꝰ
aditiant: eoꝙ minus pateret eoꝝ
īdignitas: si nullis honoribꝰ icla
I rescerent. Et concludit. ꝙ eo ab
iectior fit quis: quo a pluribꝰ con
tēnitur cū dignitas reuerendos
facere nequeat iprobos quos plu
ribus ostāt: despectiores potius
dignitas facit. Et h̄ merito. Red
dūt eniz improbis dignitates pa
rē vicem: quas sua contagiōe cō
maculant. Quasi dicat. Sicut ip
si deturpant dignitates: sic econ-
uerso. Et ponit exemplū. ꝙ Ca-
tullus poeta Nomiū sedentē in
ciuili.i.iudiciaria sella: strumen-
tum appellat.i. gibosū vel tube-
rosum. Erat enim Nomius ini-
quus consul rome. Similiter lo-
K quitur Ber. ad Eugenium.'di.
Simia in tecto rex fatuus in so-
lio sedens. Et loquitur congruen
ter. Sicut enim simia q̄nto plus
ascendit: tāto euidētius patēt eiꝰ
turpitudines: sic q̄nto plus subli-
mat in dignitatibꝰ indignus: tan
to euidentius manifestantur eiꝰ
indignitates. Unde recitat Ua le-
ro. epistola vlt. ꝙ Tulius dicit de
Cesare. Cum quosdaz scilicet in
dignos ornari vidissz: dicebat. n̄
illos ornauit: sed ornamēta.i.di-
gnitates deturpauit: ob eoꝝ scili-
cet indignitatez. Rectus eniz or- L
do est: vt ꝑ virtutes quis trāseat
ad honores. vt eniz ait Augusti.
v.de ci.c.xiij. ꝯiuncte erant edes
honoris ꝛ virtutis que pro dijs
habebantur. Et per edem virtu-
tis: transitus fiebat in edem ho-
noris: ad significandum ꝙ per
virtutē debet quis venire ad im- M
perium ꝛ honorem: nō per falla
cem ambitionē: vt ait ibi. ¶ Itē
nō sunt ambiende potestates do
minandi ob multitudinem solli-
citudinū: inquietudinū: curaruz
ꝛ dolorū qui tales comitantur: si
cut extrahitur a Boetio ibidem.
Que est inquit hec potestas: que
sollicitudinū morsus formidinū
q̄z aculeos vitare nequit? Uellēt
eniz ipsi: securi viuere sed neque
unt. An potentem censes quē vi
deas velle qđ non potest effice-
re: qui satellite.i.collectione exer-
citus latus ambit: qui quos tenet
ipse plus metuit: qui vt potēs esse
videatur in manu seruientiū si-
tus est. vt eniz dicit Tulius.v.de N
offi.c.vij. Et eniz qui se metui vo
lunt: a quibus metuantur: eosdē
metuant ipsi necesse est. Ubi po-
nit exemplū de Dionisio tiranno
qui cruciatu timoris angi solitus
in tantuz ꝙ cultros tonsoris me-

tnēs: candēte carbone adurebat capillum: quia non audebat pri/ more: permittere ab aliquo radi barbam. Et de hoc exemplificat Boetius ⁊ de hoc eodem Tuli⁹ li. ij. vbi. s. Similiter exemplifi/ cat idẽ Tulius de Alex. ferreo: qui non audebat intrare vxoris cubiculū anteq̄ vn⁹ de satelliti/ bus districto gladio anteiret. et scrutaretur archulas muliebres: ne aliqđ telum occultaretur. Qui tamē: ab ea interfectus est ꝓpter pellicatus suspitionē. Et de his narrat Ualerius lib. vltimo ante finē. Ubi ait: ꝙ Massimissa rex parū fidei in pectoribus hoīum reponens: salutem suam: canuꝫ custodia vallauit. vnde q̄uis po testas a deo sit. Omnis enim po testas a dnō. Ro. xiij. ⁊ ipsa bōa sit in genere suo. i. qua quis bene vti potest ⁊ ad bonū: nō tamen est ita bona: ꝙ faciat bonum ha bentem eam: nisi in gratia ⁊ vir/ tute bonus sit: sicut probat Boe tius vbi. s. di. ꝙ non est in digni tatibus propria vis hoīuꝫ: sed fal lax annectit opinio: vt dictuꝫ est. Si eniꝫ esset in eis naturale mu/ nus nullo modo ab illo cessarēt: sicut ignis vbiq̄ terrarum nūq̄ tamen calere desistit: ꝑut ibi ex/ emplificat. ¶ De miserijs quoq̄ ambientium dominiū ait Sen̄. epistola. xcviij. di. ꝙ vt vincerēt hosteꝫ: cupiditate victi sunt: nec ābitioni vł cupiditati restiterūt. ⁊ cū angere alios videbant. ipsi angebantur. Angebat inquit in/ felicem Alexan. furor aliena va/ standi: ⁊ ad ignota trāsmittebat. Et de Cesare loquens ait. ꝙ am bitio ⁊ mł́tiplex mod⁹ sup alios eminendi scilicet euꝫ angebant. Tamē dominationes potestatuꝫ cōmittant nō solū predicta sꝫ ēt spiritualia pericula animarū ait Grego. mora. xxvj. super illud Job. xxxv. Deus potentem non abicit. ¶ Magna est potentia tem poralis: que apud deum meritū suum habet de bona administra tione regiminis. Nōnūq̄ tamē eo ipso ꝙ preeminet ceteris. ela/ tione cogitationis itumescit: ⁊ dū foris immenso fauore circūdat. intus ỽitate vacuatur: atq̄ obli.⁹ sui in voces se spergit alienas: ta lemq̄ se credit: qualem foris au/ dit: non qualem intus discernere debuit. Subiectos despicit: eosq̄ eq̄les sibi nature ordie nō agno scit. Cūctis se estimat ampli⁹ sa/ pere: qbus se videt ampli⁹ posse Ubi ponit exemplū: Qđ rectum iter sepe pergimus: ⁊ tamen ortis iuxta viam vepribus per vesteꝫ retinemur: In via nō offēdim⁹: sed a latere nascitur q̄ pungimur Et ideo concludit. Bona nāq̄ ē ordine suo potentia: sed cauta re gentis indiget vita. Cuilibet er/ go. siue bonus sit siue malus pe riculosū est appetere potestatem dominationis: quia sicut dicit

V ibi Gregorius.hũana mens ple
rũq₃ extollitur:etiam cum nulla
potẽtia fulcitur:Quãto magis in
altũ se erigit cũ se ptãs adiungit?
¶ Quã breuis aũt est talis pote
stas:dicit Eccle.x. Omnis potẽ⁄
tatus breuis vita. Et Job.xxiij.
Eleuati sunt ad modicu₃: ꝛ non
subsistũt. Ubi Gre. moral'.xvij.
de hmõi breuitate dicit. Qd ex
quo vita hominis est vapor ad
modicũ parẽs. Jac.iiij.ꝛ omnis
caro fenum:ꝛ omnis gloria eius
quasi flos agri. Jsai.xl.restat:ꝙ
potentia temporalis breuis est:ꝛ
gloria carnalis:que dum nitet ca
dit:ꝛ dũ apud se extollitur: repen
tino fine terminatur. Est enim q̃
si stipula: que in altũ rapitur:ꝛ q̃
X si fumus qui ad nubila extollitur
ꝛ sicut nebula q̃ se erigit: ꝛ sicut
ros qui subito desiccatur:ꝛ sicut
spumose aquarũ bulle: q̃ omnia
excrescũt vt appareant:crescen⁄
do tamẽ peragunt: ne subsistãt:
ꝓut ait ibi Gre. Sic ẽ de potẽtia
temporali:prout aptat ibi bene i
dicto Sap.v. Quid nobis ꝓfuit
superna.ꝛc. Sequit̃. Transierũt
hec omnia tanq₃ vmbra ꝛc.hãc
modicitate₃ poten[illegible]e debent pn⁄
cipes attẽdere:ꝛ cogitare:ꝙ non
sunt domini rerum veraciter: s₃
vocaliter:exẽplo regis Leonar⁄
di:de quo legitur in quadam hi⁄
storia: Qd cũ floreret i maximo
Y vigore imperij sui: sedile suu₃ in
litore maris ascendẽtis statui fe
cit. ꝛ alloquens mare ait. Impe⁄
ro tibi:ne ascendas terram meã
nec vestem vel mẽbra dñatoris
tui madefacere presumas. Et ni
hilominus mare ascẽdit: ꝛ terra₃
ac pedes eius madefecit. Quo fa
cto:ille resiliens ait. Sciant om⁄
nes habitatores orbis: vanam ꝛ Z
friuolam esse regum potentiam:
nec quempiam:regis nomine di
gnum:preter eum cuiᵘ nutui ce⁄
lũ:terra: ꝛ mare obediũt. Et nũ⁄
q₃ postea ceruici sue coronã au⁄
ream imposuit:sed ea₃ sup ymã
ginem saluatoris in cruce posuit
in laudem regis eterni:cu₃ tamẽ
esset rex Normãdie: Datie ꝛ An A
glie: Unde etiam Xerses rex:cu₃
de sublimi loco: infinitã pene ho
minũ multitudinem: ꝛ inuaria⁄
bile₃ exercitum vidisset: fleuisse
legitur: eo ꝙ post centu₃ annos
nullus eoꝝ quos tunc cernebat
superfuturus esset: sicut ait Hie⁄
ro.epistola.cv.ꝛ Valeriᵘ lib. vlt.
ante fi. Mihi videt̃: specie aliẽa
suam deplorasse conditionem:
opu₃ magnitudine q₃ altiore ani
mi sensu felitior. ¶ Ob predicta
igitur pericula ꝛ alia multa anti
qui non solũ nõ ambiebant ptã⁄
tes dominationum: sed etia₃ fu
giebant: vel coacti accipiebant.
Et hoc ex reipublice vtilitate: ꝓ
ut ait Egippus lib.iiij.de Vespe
siano: qui cum esset in obsidione
hierosolimitana: ꝛ vẽisset rumor
Neronem esse occisum: ꝛ Gal⁄

bam interfectu3:qui fuit occisus septimo mense a die assũpte pote statis:tũc viri veteris militie ele/ gerunt Vespasianũ vt susciperet B rogantes scilicet imperium. Ille vo cepit abigere:⁊ se indignum dicere. Illi instabant:ipse resiste bat.perseuerãtius quoq3 reluctã tem armati gladijs circũsistunt: morté minantes. Qui aduertés: sibi discrimem imminere si resi steret:⁊ graue periculum si reci/ peret:ita potius cessit imponenti bus q̃ accepit voluntarius: qđ alij ambire solent. Urgebant mi lites:suadebant duces. Curã po tius q̃ honoré induit. Similiter narrat Ualerius li.vij.c.ij. Rex inquit subtilis ingenij:quem fe/ rũt:sibi traditu3 diadema priuſ/ q̃ capiti imponeret diu retentu3 considerasse ⁊ dixisse. O nobile3 magis q̃ felicem pãnu3:que3 si quis penitus agnoscat q̃ multis sollicitudinibus:periculis ⁊ mise rijs sit refertus:nec humi quidé iacentem tollere velit. Quasi di/ cat. Si quis consideraret pericu C la ⁊ sollicitudines potestati anne xas:ipsam oblata3 non acciperet Et ad hoc Ualerius etiam li.v. c.vj.narrat de quoda3 egrediéte portam:in cuius capite subito co rona erupit:responsumq3 est:eũ fore regem si in vrbe3 reuertisset Qđ ne accideret:volũtariũ ⁊ p/ petuum sibi indixit exilium. Cu ius testãde rei gratia:capitis ei⁹ effigies erea:porte quam exierat inclusa est. Principes enim anti qui agebant gratias:quando eo rum potestates minuebantur. ait Ualeri.li.iiij.c.i.narrans de quo A dam:qui cum Asiam ⁊ vicinas gentes amisisset:gratias egit po/ pulo:eo ꝙ magna nimis ꝓcura tiõe esset liberatus:⁊ ꝙ modicis regni terminis vteret: Sic preoi bus rex regu3 ⁊ dominus, domi nantiu3:ac princeps regum ter/ re exemplũ euidens ⁊ efficax de dit fidelibus ne ambirent poten tiã temporalem:quando cogno/ scens ꝙ venirent vt eum facerét regem:secessit in monte3 Jo.vj. Ubi Criso. omel.xli. Fugit ingt erudiens nos fugere mundanas dignitates. Et sequit. Uenit eni3 B erudiens nos contẽnere ea que hic sũt:⁊ nũq̃ stupere.i.admira/ ri que in hac vita sunt clara: sed hec omnia deridere:⁊ futura di/ ligere. Unde ait postea:ꝙ gloria in hominib⁹ est vt flos feni:⁊ q eam tribuunt:vmbra somnij sũt viliores.

¶ Capl'm.iij. Qđ ordinate ⁊ le giptime sit dominatio assuméda

Et q̃uis dignitates prin cipatuu3 ⁊ potestatũ nõ sint ex libidine appeten de:sunt tamen assumende ex in tentione obediendi deo⁊ ecclie modo debito ⁊ ordinato. Sunt C enim principes ⁊ domini institu endi legiptima auctoritate. Qđ

contingit quadrupliciter.

¶ Vel diuina ordinatione ⁊ prouisione.

¶ Vel ecclesie ex diuina auctoritate collatione.

¶ Vel paterna ⁊ legiptima successione.

¶ Vel militū siue populi vnanimi electione.

¶ Fuerunt eniȝ reges assūpti ad gubernationē populi dei diuina ordinatione ⁊ preceptiōe. vt Dauid. i. Re. xvi. Unde ⁊ Moyses orauit: vt deus prouideret hoīeȝ sm̄ multitudinem populi q possit intrare ⁊ exire ante eos. Numeri. xxij. D ¶ Item assumuntur principes ad gubernationem populi dei ab ecclīa diuina auctoritate: vt ⁊ Moyses vocauit Josue: ⁊ dixit. vt introduceret populum. Deutero. xxxi. ⁊ ministerio Samuelis vnxit dominꝰ Dauid in regem: in figura: ꝙ dei vicariꝰ scilicet ecclesie prelatus confert principatum ⁊ potestatem ac regimē populi: prout iustitia exigit ⁊ ecclesie vtilitas. ¶ Iteȝ fuerūt principes gubernantes populuȝ dei paterna successione: sicut Salomon. iij. Re. i. Sedit Salomō super thronuȝ Dauid patris sui. Hoc enim promisit deus regi recte gubernanti populum suum: Deut. xvij. ꝙ scilicet filius eius regnaret. ¶ Item fuerunt principes antiqui assumpti ad regimē populi vnanimi militum vel populi electione. sicut Vespasianus de quo dictum est: ⁊ alij multi imperatores ⁊ ꝯsules prout ait Valerius li. iiij. c. iij. dicēs: ꝙ ab aratro accipiebantur: vt cōsules fierent. E vbi narrat Atiliuȝ quem semen spargentem viderunt q missi erant a senatu: ad eum accersiendū: ⁊ ad populi romani imperium suscipiendum. Sed ille rustico opere attrite manus: saluteȝ publicā stabilierūt: ingentes hostiuȝ copias pessūdederūt: queꝗ modo arantium bouum iugum rexerant: triumphalis currus habenas retinuerūt. Nec fuit huic rubor: eburneo sceptro deposito agrestē stipitem aratri repetere. Similiter narrat ibidē de Quintio Cincinato: de quo etiam Augu. ij. de ci. c. xviij. ꝙ cū quattuor iugera possideret: ⁊ ea suis manibus coleret: ab aratro est adductꝰ: vt dictator fieret. maiori vtiꝗ honore ꝙ̄ consul victis hostibus ingentem gloriam consecutuȝ: in eadē paupertate mansisse. F Et de consimilibus Valeriꝰ vbi s. reddens rationem talium electionū dicit. patrie rem non suaȝ q̄sꝗ agere pperabat: pauperꝗ in diuite: ꝙ̄ diues in paupere versari malebat. ⁊c. De huiusmodi etiam electione ait Solinus li. xi. c. iiij. loquens de habitantibꝰ quandaȝ insulam. In regis inq̄t electiōe nō nobilitas preualet: sȝ suffragia vniuersoꝝ: pp̄lus enim

eligit spectatū

eligit spectatū morib⁹: ⁊ inuete/
G rata clementia. annis graue. Sȝ
hoc in eo querit: cui liberi nulli
sunt. Nam qui pater fuerit: etiaȝ
si vita spectetur: non admittitur
ad regendū. Et si forte dum re/
gnat: pignus sustulerit: exuit po/
testate. Ideoq̧ maxime custodi
tur: ne fiat hereditariū regnum.
Deinde etiam si rex: magnā pre
ferat equitatem: nolunt: ei totum
licere: sed q̄draginta rectores ac
cipit: ne in causis capitū solus iu
H dicet quęq̧. Si q̄s displicuerit
aduocat⁹ iudicat a populo: atq̧
ita a dictis iudicibus .xl. fertur
sententia cui necessario acquiesci
tur. Cultu rex dissimili a ceteris
vestit serinatio hitu: q̄ liberꝝ prēȝ
amiciri videmus. Qui si in pec
I cato aliquo arguitur: morte mul
ctatur: non tamē cuiuscūq̧ atte/
ritur manu: sed consensu publi/
co reꝝ omnium interdicta facul
tate: etiaȝ colloquij potestas om
nino punito negat. hec ille. Om
nibus his modis ellecti ad regi/
men populi: dum adsit ecclie cō
sēsus ⁊ auctoritas: ex deo regnāt
pūer.viij. per me reges regnant
per me principes imperant. ⁊c.
Nec obuiat qd̄ dicit Osee.viij.
Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me:
principes extiterunt: ⁊ nō cogno
ui: Potestas enim principandi
catur vxor: multo melius diſpen
ſat ſeruus fidelis obediẽs aucto-
ritate dñi ꝙ vxor que in eo eſti-
mat ſe dominã ſi contra viri fece
rit voluntatem. i. ſi qđ placet iu-
bet. Et poſt. Liberorũ cauſa vxo
rem ducere ſtolidiſſimũ ẽ. Quid
ad nos pertinet recedẽtes de mũ
do: ſi alius nomĩe noſtro vocet?
Aut que ſenectutis auxilia nutri-
re domi qui etiã põr te moriatur:
aut puerſiſſimis moribus ſit: aut
certe cum ad maturã etatẽ perue
nerit: tarde ei videaris mori: He
D redes autez meliores ⁊ certiores
ſunt amici qui tuo iudicio eligun
tur: ꝙ quos velis nolis hẽre co-
garis. Licet certa hereditas ſit:
dum ad viuis bene vti ſubſtan-
tia tua: ꝙ tuo labore queſitaz in
incertos vſus reliquere. Hec oĩa
extracta ſunt ex dictis ipſius phi.
que recitat Hieroni. vbi. ſ. Nec
tñ ſunt hic recitata ad coniugij đ
ſtructionem vel derogationem:
ſed ad monitionẽ eorum q volũt
contrahere: vt ſollicite prouideãt
qualiter ⁊ cum quibus cõtrahãt.
Multe ſunt eni moleſtie nuptia
ruz: ⁊ ſicut ait Apo. i. cor. vij. Uir
go cogitat que dei ſunt: que autez
nupta: cogitat que ſunt mũdi: Et
in eadem. Tribulationem carniſ
hẽbunt huiuſmodi. ⁊c. Et de his E
moleſtijs recitat Hiero. vbi. ſ.
ꝙ Cicero rogatꝰ ab Hirtio. vt pꝰ
repudium Terenrie: ſororem ſuã
duceret: omnino ſuperſedit dicẽs
non poſſe ſe phie ⁊ vxori operaz
dare. Socrates Xantipẽ. ⁊ My
ton neptem Ariſtidis duas ha-
bebat vxores Que cuz crebro in
ter ſe litigarent: ⁊ ille eas irridere
ſolitus eſſet: ꝙ ꝓpter ſe fediſſimũ
hoiem: ſimis naribꝰ: recalua frõ
te: piloſis humeris repandis cru
ribus deſcreparẽt: nouiſſime ver
tunt in eum impetũ: ⁊ mulctatuz
fugientẽqꝫ diu ꝑſecute ſũt. Quo- F
dam aũt tpe. cum infinita conti
tia ex ſuperiori loco ingerẽti Xan
tipi reſtitiſſet: aqua ꝑfuſus imun
da: non aliud reſpondit: ꝙ capite
terſo. Sciebam inqt futurum: vt
iſta tonitrua hymber ſequeretur

Et idem Hiero. dicit ꝙ Mar-
cus Cato habuit vxorem humi-
li loco natam: vinolentam: īpotē
tem: ⁊ quod nemo posset crede-
G re. Catoni superbam. hoc iō. ne
qs putet: si pauperem duxerit sa-
tis se cōcordie prouidisse. ¶ Si
militer narrat ibi. ꝙ Philippuȝ
regem Macedonem introeun-
tem ex more cubiculū vxor exclu
sit irata. Qui exclusus tacuit: ⁊ in
iuriam suam versu tragico con-
solatus est. Gorgias librum pul-
H cherrimū ꝺ ꝯcordia grecis inter
se dissidentibꝰ recitauit olympie.
Cui Melantius inimicus eius:
hic nobis inquit de concordia ꝓ
cipit: q se ⁊ vxorem: ⁊ ancillā tres
in vna domo concordare nō po
tuit. Emulabaī quippe vxor an-
cillule plc̄hritudinē: ⁊ castissimuȝ
virū: quottidianis iurgijs exagi
tabat: vnde vt cesset inuidia: ⁊ q-
es matrimonij reformet: versuȝ
est in vsum ⁊ consuetudinē ditio
ribus mulieribus: ne quam ha-
beāt in domo plc̄hriorē se. ¶ Itē
Hiero. vbi. s̄. dicit. ꝙ cum amici
quendam arguerent: ꝙ vxorem
castam repudiasset: ꝓtendisse pe
I dez dr̄ ⁊ dixisse. Soccus quē cer
nitis: nouus ⁊ elegans ē: sȝ nemo
scit ꝓter me vbi me ꝓmit. Qua-
si dicat. Sic est de vxore. ¶ Si-
militer ait ibi Hiero: ꝙ Epycurꝰ
voluptatis assertor. q̄uis Meto
dorus eius discipulus vxorē ha-
buit: dixit raro sapienti ineunda

coniugia: quia multa incomoda
admixta sūt nuptijs. Seqt̄. Gra
ue est sapienti viro venire in du- K
biū. vtrū bonam malāue ductu-
rus sit vt eni scribit Herodotus
mulier cū veste deponit verecun
diam. Et Comicus: fortunatum
putat q vxorez nūq̄ȝ duxerit. hec
⁊ alia narrat Hiero. vbi. s̄. di. ꝙ
Aristotiles Plutarcus ⁊ Sene
ca libros scripserunt de matrimo
nio: de quibus superiora nō nul-
la sunt.

¶ Capl̄m. secundū. De instruen
da vxore male morigerata.

I vo contingat: ꝙ vxor
ducta non sit bene mori
gerata: custodienda est ⁊
disciplinanda: ac sibi malignādi
materia subtrahēda: Añ ⁊ Ro-
māis feminis vsus vini fuit igno L
tus: ne in aliquod dedecus prola
berēt: qr proximus a libero patre
intēperantie gradus ad inconces
sam venerē esse ꝯsueuit. ait Val.
li. ij. c. ij. ⁊. c. iij. narrat ꝙ quecūq̄ȝ
vsuȝ vini femia īmoderate appe
tit oibus virtutibus ianuā claudit
⁊ vitijs aperit. Graue igt marita
le supciliū sulpitij Galli q vxorē
dimisit: eoꝙ eam capite aptofo-
ris versatam cognouerat. Lex i- M
gt te meis tm̄ prestitit oculis: qui
bus ⁊ formam tuam approbes
his: decoris instrumēta cōpara.
his esto speciosa: horum te certio
ri crede noticie. Alterior tibi ꝯspe
ctus: superuacua irritatione accer

fitus: in suspitione z crimen ha-
beat necesse est. Abscisa sententia
sed tamen aliqua ratione mota.
N ¶ Similiter fecit quantistius re
pudiādo vxorem: q2 eam in pu
blico cū quadam libertina vulga
ri secreto loqntez viderat. ¶ Si
militer Sempronius Sophus:
qui coniugem repudij nota affe
cit: eo qd ausa fuit ludos se igno
rante spectare. ¶ Narrat etiam
ibi q Metellus vxorem eo q vi
O num bibisset fuste percussam in
teremit. Moderato ergo modo
z debito disciplinanda est vxor:
si contingat: q non sit bene mo
rigerata. ccc.xxxij. Ne des mulie
ri neq3 veniā prodeundi. Et ibi
dem. Mulier si primatū habe
at contraria est viro suo. Item si
sit minus bene morigerata. deb3
esse eius compassiua supportatio
prout potest fieri sine peccato. Et
d vtroq3 dicit varro i Satyra q
P manipea scribit. Vicium cōiugis
aut tollendum est: aut ferenduz.
Qui tollit vitiū: comodiorē cō
iugem prestat. Qui fert: seipsum
efficit meliorē. Unde z d Socra
te narrat Aulus gelius li.i. Athi
carum noctium: q cum Socra
tē Alchipiades interrogaret. qre
Xantipē vxorē admodū morosā
z iurgiosā: z que die noctuq3 mu
liebribus scatebat molestiis do
mo non abigeret: respondit. Cū
Q domi talem perpetior: insuesco z
exerceor: vt ceterorum quoq3 fo
ris petulentiā facilius feram. Sic
enim fideles debent se supporta
re ad inuicē. Gal.vj. Alter alteri
us onera portate et Col.iij. Sup
portantes inuicem. zc. Ad hoc ēt
monet beatus Petrus. pri.e.iij.
Mulieres sint subdite propriis
viris: sic Sarra obediebat Abrae
Dnm eum vocans. Cuius estis
filie benefacientes z non timen
tes vllam perturbationem. Viri R
similiter cohabitantes sm scien
tiaz quasi infirmiori vasculo mu
liebri impertiētes honorem tan
q3 z coheredib' gratie vite: vt nō
impediantur oratiōes vestre: sz
hoc multo magis coniuges de
bent se inuicē supportare qntuz
possunt absq3 peccato: cum sint
vna caro: Gen.iij. Et de hoc bn
Ambro. exame. Omel.v. vbi po
nit exēpla bona de vipera z mu
rena dicens q murenā ad coniu S
galem amplexum vipera euocat
Seqt Quid sibi vult smo hui'
modi? nisi ferendos esse mores
coniugum: licet sit asper fallax in
conditus: z sic de alijs. Quid pe
ius veneno. quod in cōiuge mu
rena non refugit? Ille tua mala
portat: z leuitatis feminee facilita
tem: tu virū tuū non potes mu
lier sustinere? Et post. Vipera ab T
scentem vocat: z blando prouo
cat sibillo: atq3 vbi aduentare cō
parem sentit: euomit venenum:
reuerentiam marito deferēs z tu
mulier aduenientē de loginquo

maritū contumelijs repellis? Si
et tu vir depone tumorē cordis:
asperitatē oris. Non es domin9:
sed maritus. Nō ancillā sortitus
es. sed vxorem. Vipera venenū
fundit: tu nō potes duritiam mē
tis deponere?

¶ Capl'm tertiū. De mutua con
iugum dilectione.

Item coniugum dz esse
affectuosa: charitatiua.
et mutua dilectio: vt sint
cor vnū et anima vna: sicut sūt
V vna caro. Ephesi. v. Viri: diligite
vxores vestras sicut Christus
ecclesiam. Et de amore coniugali:
Val. li. iiij. c. v. multum. vbi nar
rat. q Graccus aprehensis āgui
bus: mare et femina: et certior fa
ct9 ab aruspice: q nisi mare di
X misso: femina necaret: ipsi Grac
co celerem obitum instare: si aūt
econuerso: vxori eius hoc accide
re: ille coniugi potius q sibi par
tem augurij secutus: marem ne
cari: feminam dimitti iubet:, susti
nuitq; in conspectu suo seipsū in
teritu serpentis occidi. Itaq; cor
neliam vxorem suam nescio vtrū
feliciorem dixerimus: qr talē vi
rum habuit: an miseriorem: qa
talē amisit. Similiter narrat: q
Y Euphatius audita morte vxoris:
pectus suū gladio pcussit. ¶ Si
Z militer narrat: q Emphati9: cū
vxor decessisset. ea funerata: et ro
go imposita: inter officium vngē
di et osculandi: ferro stricto incu
buit: et sicut erat togat9 et calciat9
amici eū coniugis corpori iunxe
rūt: ac deide subiectis facib9 vtrū
q; concremauerunt. Quorū se A
pulcrū Tarenti conspicit. ¶ Ibi
dem narrat: q Julia filia Cesa
ris: cum vidisset Pompei ma
gni coniugis sui vestē cruore con
spersā: territa metu: ne qua ei essz
vis illata: exanimis concidit: par
tumq; quem in vtero conceptū
habebat eijcere graui dolore cor
poris coacta est. ¶ Ibi etiā nar
rat: q portia filia Marci Cato
nis: cum Brutum virum suum
interemptum agnosceret: qr fer B
rum non dabat: ardentes ore car
bones haurire non dubitauit: et
nouo genere re mortis absorta est
¶ Similiter narrat ibi d quadā
regina: q Metridatem coniugē
suum effusis charitatis habenis
amauit. propter quem: precipuū
forme sue decorem: tonsis capil
lis: in virilem habitum se conuer
tit: equo et armis se assuefecit: q faci
lius eius laboribus et periculis in
teresset. Et cum euictū: et a pom C
peio per efferas gentes fugientē
aīo pariter et corpore infatigabil'r
est secuta. Cuius tāta fides aspa
rum et difficilium rerū Metri
dati maximum solatium et iocū
dissimum lenimentū fuit. Cū do
mo enim et penatib9 vagari se cre
didit: simul exulāte vxore. Si er
go tales erant pagani et infideles
mutuo se amantes: multo magis

xpiani fideles: coniugali amore ordinato se debent diligere.

¶ Capl'm quartũ. De mutua cõiugum fidelitate.

A Similiter: coniugum debet esse fidei indefectio: q: coniugij tria sunt pun

D cipal'r bona: Fides: Spes Prolis & sacramentum. In fide attẽditur: ne preter vinculum coniugale cum altero vel altera concubant. ait Hugo. ij. de sacra. parte xi. c. vij. Quilibet ergo eorum dz tenere fidẽ alteri firmiter. vir eni

B non habet potestatẽ sui corporis sed mulier: & econuerso. i. cor. vij. Et hoc quo ad fidem coniugalẽ:

E & etiam quo ad amoris fidelitatẽ vt dictũ est: Vñ Val'. de fide vxoria li. vj. c. vij. dic'. q Sulpitia cũ a matre sua diligentissime custodiret: ne virum suuz proscriptuz in Ciciliam prosequeret: nihilominus famulari veste sumpta: cũ duabus ancillis & totidez seruis: ad eum clãdestina fuga peruenit

F nec recusauit: seipsam proscribere: vt ei fides sua in coniuge pro

C scripto constaret. Ibidem narrat de alia q̃ viruz suũ pscriptũ inter camerã & tectũ cubili abdiũ vna conscia ancilla ab iminente exitio non sine magno suo periculo tutuz prestitit viro refugiuz. Sin

G gulari fide id egit: vt cum ceteri proscripti in alienis regionibus vix euaderẽt: ille i cubiculo & sinu cõiugis salutẽ retinet. ¶ Ibidem narrat: q Emilia vxor affricani: tante fuit charitatis & patiẽtie: vt cũ sciret: viro vnam ex ancillis gratam esse: dissimulauit: ne

H dominatorem orbis Affricanuz feminea ipatientia reum ageret tantumqz a vindicta mens ei9 effugit: vt post mortem Affricani manumissam ancillam in matrimoniuz libro suo traderet. ¶ Et similiter narrat Valeriuſ. li. iiij. c. v. de fide vxoria. q cũ lacedemones iclusi a spartanis: capitali re seruarent supplicio: coniuges illu stris sanguis velut allocuture pe

I rituros viros carcerem impetrato a custodibus aditu: cõmutata qz veste: & per simulationem dolo:is velatis capitibus: eos abire passe sũt. ¶ Et solinus narrat li. iiij. c. vj. de quadam gente in qua multe vxores in vnius viri matrimonium iungunt. Et cuz maritus decesserit apd grauissimos iudices vnaqueqz agit causaz. Et que officio ceteras sni a. i. iudicio

K vicerit iudicantium: hec Palme refert premium: vt ascendat rogum coniugis: & supremas ei9 semetipsam det exequias: cetere vo cum nota viuunt. s. repudiationis. ¶ Idem narrat Tuli9 li. vj. tus. q. Vbi ait: q mulieres in india in certamine ad iudicium veniunt. Plures enim vni solẽt

L esse: & quam plus dilexerit: illa leta vt victrix prosequentibus suis vna cum viro in rogum imponi

tur:alie do meste rcedūt. ¶ Exē
plum huiusmodi fidei patet in vi
pera ꝛ murena ꝼm Ambro. vbi
supra. Ubi ait ꝺ alijs aīalibus. q
comparem suum bos requirit: ꝛ
equus similiter diligit compareꝫ
suum. Et sequitur nolite querere
viri alienum thorum: nolite insi
diari aliene copl̄e. Graue ē adul
M terium. Deus duos fecit Adam
ꝛ Euam: ꝛ vxorem de viro. i. de
costa: ꝛ iussit ambos esse in vno
corpe: ꝛ in vno spū viuer̄. Quid
vnum corpus sepas? Quid vnū
spūm diuidis? Nature adulteri/
um est. ꝛ non solum adulterium
imo enorme furtum: qꝛ vir non
N habet ptātem sui corpis sꝫ mlier.
Qui ergo aufert corpus ab vxo/
re ꝛ alteri prebet ꝼm omnem le/
gem fur est ꝛ latro. Nam ꝛ bru/
ta animalia legunr̄ abhominari
cōmixtionem cōiugis cum alio
prout narrat Alex. nequā li. ꝺ na
turis rerum, de Ciconia adultera
que lauabat se post coytū cū adul
tero. Quod quidam miles ꝺpre
hendens quadā die parauit im/
pedimentū. ne se sic lauaret. Cuꝫ
autem venisset compar Ciconie
O odore comprehendens adulteri
um exiuit: Et adducens ciconia
rum multitudinem: cioniā adul
teram deplumauit: ꝛ dilaniauit.
Qua dilāiata altera comes se illi
q̄si marito associauit. Qꝺ ergo
abhominanr̄ irrōnabilia aīalia:
multum debet esse detestandum

hominibus maxime fidelibus.
¶ Capl̄m qntuꝫ De operis cō/
iugalis religiosa exercitatione.

T non sufficit coniugi/
e bus tenere fidem coniu
gij dicto modo sed ꝺbet
esse etiā operis cōiugalis religio
sa exercitatio: ꝛ in exercendo de
bita intentio: qꝛ vt dictū est supra
bonū coniugij est spes prolis. vt
. s. deuote expecter̄ amanter susci
piar̄: religioseqꝫ nutriar̄: ait Hu/
go. vbi. s̄. Et ibidē. c. iij. Institu/ P
tio coniugij ante peccatū fuit ad
officium: vt natura multiplicarer̄
post peccatū: ꝛ ad officium: ꝛ ad
remedium: vt natura exciperetur
ꝛ vicium cohiberer̄. Tum igitur
quia sic institutuꝫ tum qꝛ magnū
sacramentum xpi ꝛ ecclesie: tum
ad euitandum peccatum: ꝛ viciū
cohercendum: religiose tempe/
rate: honeste: ꝛ recta intentione
vti debent coniuges opere coniu
gali: vt ꝼm Apo. i. cor. vij. q ha/ Q
bent vxores: tanqꝫ non habētes
sint. Unde enim dicit Hieroni/
mus contra Iouinianū: Sixtus
in sententijs ait. Adulter est q su
am vxorem amat ardentior. In
aliena vxore omnis amor turpis:
in sua nimius vituperar̄. Sapiēs
vir in deo debet amare vxorem
non affectu: reget impetus volu
ptatis: ne preceps ferar̄ ad coitū
Nihil est fedius qꝫ vxorem dili/
gere sicut adulteram. Certe qui R
dicūt causa reipublice iungi vxo

ribꝰ ⁊ liberos colere imittent sal-
tem pecudes: vt postq̄ꝫ vxorum
venter intumuerit: ne perdant fi-
lios: non amatores se vxoribus
exhibeāt sed maritos. vnde nar-
rat de quodaꝫ: qui exiturus in pu-
blicum fascia vxoris pectus col-
ligabat: ⁊ nec puncto quidē ho-
re presentia eius carere poterat:
potionem nullam: nisi alteriꝰ la-
bijs tactam vir nec vxor haurie-
S bant. Et ideo sequit. Origo amo
ris honesta: sed magnitudo de-
formis: Nihil eniꝫ interest q̄ꝫ ex
hōesta cā quis insaniat. Et ibi be
ne de hoc. Sic eiꝫ Tobias vsus
est coniugio suo: qui ait ad Sar-
ram vxorem suā. Tob. viij. Sur
ge: hodie: ⁊ cras: ⁊ post cras ore
T mus deum. Et sequitur. Filij san
ctorum sumus: non possumꝰ ita
cōiungi sicut gentes qui ignorāt
deum.

Capitulum .vi. De perpetua coniugū indiuisione.

i Tem inter coniuges de-
bet esse perpetua indiui-
sio. Unde ⁊ sacramentū
est vnū de bonis ꝯiugij ait Hu-
go. vbi. s̄. In quo attenditur: ne
coniugiuꝫ separet: ⁊ ne dimissus
aut dimissa: etiaꝫ causa prolis al
teri copuletur. ait idē. Un̄ Mat.
ix. Quos deus coniunxit: homo
nō separet. Quod etiam gentiles
V seruauerunt: ait Uale. libro. ij. c.
i. di. ꝙ repudium inter vxoreꝫ et
virum a condita vrbe vsqꝫ ad cē
tesimum ⁊ quinquagesimuꝫ an- X
num nullū intercessit. Primus
autē spuriꝰ Carbiliꝰ: vxorem ste-
rilitatis cā dimisit. Qui q̄ꝫ q̄ꝫ tole
rabili rōe motus videret: repre-
hensione tamen non caruit: quia
nec cupiditatem quidem libero-
rum cōiugali fidei preponere de
buisse arbitrabat. Qd̄ ergo serua
bant gentiles lege naturali ⁊ ho-
nestate virtuali: debent seruare fi
deles lege diuina ⁊ celesti: ac liga
mine sacramentali. Imo etiā no
biles matrone ⁊ pudice mortuo
primo viro: nolebant alteri con-
iūgi. Et ideo corona pudicitie co Y
ronabantur. ait Ualerius vbi. s̄.
di. ꝙ que vno cōtente matrimo
nio fuerant: corona pudicitie ho
norabantur. Estimabant eniꝫ: eū
precipue matrone sincera fide in
corruptum esse aiuꝫ: que post de-
posite virginitatis cubile: in publi
cū egredi nesciret. multoꝝ matri
monioꝝ experiētiam: quasi illegi
ptime cuiusdam intemperantie
signū esse credentes. vnde ⁊ pu-
dice matrōe: mortuis primis vi
ris nolebantt secundo inire ma-
trimonium: ait Ualeriꝰ libro. vi.
c. i. di. ꝙ theotonicoruꝫ coniuges
Mariuꝫ victorem orarūt: vt ab
eoꝝ virginibꝰ vestalibꝰ dona mitterē
tur: affirmātibus eque: se ⁊ illas Z
virilis concubitus expertes futu
ras. Eaqꝫ re nō ipetrata laqueis
sibi nocte ꝓxima spm̄ eripuerūt.
Quāuis aūt erronee fecerint: in

ſuo ſuſpẽdio tamẽ laudande ſũt
ex maritorꝝ dilectione. ⁊ caſtitatiſ
amore. ¶ Et. de hoc. j. parte. iij.
di. vi. c. d viduitate. Qualiter aũt
coniuges antiquitus inter ſe con
cordabant poſt qualecũqꝫ litigiũ
A vel iurgium: ait Uale. libro. ij. vbi
ſ. di. qꝛ quotienſcũqꝫ inter virꝫ ⁊
vxorez aliqd iurgij interceſſerat:
in ſacellum dee viriplace qd erat
in palatio veniebant: ⁊ ibi locuti
ſimul que volebãt: ꝯtentiõe ani
morū depoſita: concordes reuer
tebant. Dea enim illa hoc nomẽ
a placandis viris fertur aſſecuta.
¶ Predicator ergo euangelicꝰ
debet de predictis conferre cum
coniugibꝰ: ⁊ eos alloqui. Et ſi in
quibuſdam factis gentilium pre
dictis fuit exceſſus ⁊ error ſicut i
propria occiſione: debet qd erro
neū eſt dehortari: ⁊ qd rectũ fue
rit ſuadere.

¶ Quinta diſtinctio. De fideliũ
ſpirituali colligatione.

¶ Capitulum primum. Qd fide
les ſe diligant vere.

Onſequenter proſe
quendum eſt de colli
c gatione ſiue coheren
tia gratuita per gratiã
in corpore xpi. Ad
quam obſeruandam ſunt admo
nendi efficaciter ⁊ iugiter xpiani
ꝑut hortatur apoſtolus eph. iiij.
Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritꝰ
B in vinculo pacis vnū corpus: ⁊
vnus ſpũs ⁊c. Et hoc merito:

tũ quia ſunt ex vno patre crean
te. redimẽte: ⁊ ex vna mrẽ ecclia
⁊ eiſdem ſacramentis regenera
ti: ⁊ ſic vere fratres. Mathe. xxi.
vnus eſt pater veſter. vos autez
fratres. ⁊c. Tum qꝛ membra vni
us corporis: ⁊ eiſdẽ vinculis cha
ritatis cõnexa: ac vno ſpũ viuifi
cata. Multi. n. vnũ corpꝰ ſumus C
in xpo. Ro. xij. Tũ qa xpi cohe
redes: ⁊ hereditatis eiꝰ futuri par
ticipes. Ro. viij. heredes quidez
dei: coheredes aũt xpi. Has eiꝫ
rationes aſſignat Criſoſto. ſuper
Jo. omel. xv. vbi ait. Omnes in
vnū corpus baptiçati ſumus ait
Apoſto. Propterea i vnũ corpꝰ
ne non diſſoluamur: ſꝫ eã que ad
inuicez eſt cõuenientia ⁊ amicitia
corporis vnius conuenientiã ob
ſeruemus. Quocirca: ita procure
mus ꝓximos: vt vnuſquiſqꝫ no
ſtrum ſuam carnez non deſpiciat
Nullus enim vnqꝫ carnem ſuaz D
odio habuit: ſed eam nutrit ⁊ fo
uet: ait Apo. eph. v. Propterea
domũ vnam. i. hũc mũdum deꝰ
nobis dedit: vnũ nobis accendit
ſolẽ: vnũ tectũ celũ extẽdit: mẽſã
vnam nobis terram ꝓpoſuit. De
dit ⁊ aliam multo maiorem ſcilꝫ
altare. vnũ moduz generationis
ſpũalis: vnam omnibꝰ patriaz in
celis. De calice eodem omnes bi
bimꝰ. ⁊c. Unde igitur iequalitas
ſm. ſ. hanc vitam? Rñdit ex diui E
tũ auaritia ⁊ electione. Et de hoc
Seneca in parte epl̃a. lxx. vbi ait

Membra

Membra magni corpis sumus τ natura nos cognatos edidit. vt enim ait Greg. sup Ezechi. li. ij. omel. iiij. charitas accendit: concremat: conflat τ quasi in vnaz auri speciem reformat fideles ergo debent mutuo se iuuare sicut fratres: τ protegere: ac nociua inuicem expellere. Debemus enim aias pro fratrib⁹ ponere. i. Jo. iij. C

¶ Capl'z. ij. Qd caueant fideles ne in ipsis fraterna vnio dissipet

Ebent etiam cauere: ne diabolus dissipet fraternam vnionez vt sint hostibus terribiles. Cant. v. Terribilis vt castrorū acies ordinata: F Super quo Gre. super Ezechi. li. i. omel. viij. ait. Castrorū acies tunc est hostibus orribilis: quādo ita ɔstipata τ cōdensa fuerit: vt i nullo iterupta videatur. Nā si ita disponitur vt locus vacuus dimittatur: profecto hostibus terribilis non est. Sed nos ꝯ̄ malignos spūs acies ponim⁹. Ideo semp per charitatem vniti: τ nūꝗ̄ per discordiam interrupti esse debemus. Quia quelibet in nobis bona fuerint: charitas si defuerit per malum discordie: loc⁹ G aperitur in acie: vnde ad feriendos nos valeat hostis itrare. vñ vt vehementius cōmendaretur societatis humane vnitas: vinculoq; concordie: non solum nature similitudinez: verūetiam cognationis affectu omnes nectere-

remur. voluit de⁹: vt ex vno homine diffunderetur genus hūanum: ait Augu. xij. de ci. c. xxi. Et H charitas multos animos vnum τ mlta corda vnū facit: ait Aug. sup Jo. iij.

¶ Capitulum. iij. Qd fideles debent se mutuo supportare.

Utuo ergo debent fideles sibi compati in malis: sicut mēbra vni⁹ corporis. i. cor. xij. Si patitur vnum membruz compatiuntur omnia membra. Et similiter mutuo se iuuare: prout ibi exemplificat. Et I subsidia indigentibus ministrare. i. Jo. iij. Qui habuerit substātiam huius mūdi: τ viderit fratrem suum necessitatem habere: τ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in illo? Et se mutuo supportare: sicut lapides i edificio. i. Pe. ij. Ipi tāq; lapides viui coedificamini. Lapis enim in edificio alium supportat τ ab alio supportatur: ait Gre. super Ezech. lib. vij. omel. i. Sic τ fideles facere debent: ait ibidem omel. iiij. Supportantes inuicez K in charitate.

¶ Capituluz quartum Quomodo sancti antiqui pro salute proximorum laborauerunt.

Eo sancti antiqui τ matres laborauerunt: τ se morti exposuerunt τ animas pro salute fratrū posuerūt: ac etiam se infidelibus vendide

runt: vt eos conuerterent ⁊ duce
rent ad deuotionem ⁊ charitatis
vnionem. Sic legitur de Sera
pione qui ⁊ Sidonius dicit in li.
L qui dicitur paradisus. Qui ven
didit se paganis precio .xx. solido
ruz: ⁊ eis seruiuit donec xpianos
eos fecit. Cũqꝫ recederet: pecu
niam eis reddidit. Et cum dice
rent. vt eam daret pauperibus:
rñdit. Uos eam date. qꝛ vestra ẽ
ego alienam pecuniã nõ do pau
peribus. ¶ Ibidẽ legit de alio q
se vẽdidit vni de primioribꝰ ciui
tatis quem nouerat manicheum
esse: seruiuitqꝫ ei donec eũ cura
M uit. Sic ⁊ alij sancti laborauerũt
⁊ multa sustinuerunt ꝓ salute fra
trũ. Sicut Paulꝰ qui ait .ij. cor.
vlti. Ego libentissime impendaz
⁊ superimpẽdar ꝓ aĩabus vr̃is
⁊c. Mirũ ergo ẽ qũo se dicũt ha
bere charitatẽ ꝑfectaz qui nec fra
tribꝰ: mala patientibus ꝯpatiunt
nec ꝓficientibus gaudẽt: nec ege
nis necessaria de suis facultatibꝰ
subministrant. De quibꝰ Apo. ij.
thi. iij. habentes quidẽ spẽm pie
tatis: virtutem autem abnegãtes
¶ De his ⁊ ad ꝑdicta ꝑtinẽtibꝰ
debet predicator diuinus confer
re cum fidelibus.

¶ Sexta distinctio. De ciuiũ de
bita colligatione.

¶ Capitulum primum. De dile
ctionis vnitate: ⁊ ne sibi nocere
debeant.

d Einde ꝓsequendũ ẽ
de colligatione ciuili
siue cohabitatione: et
de admonitione tali
um ad debitaz obser N
uationem pacifice cohabitatio
nis: ⁊ mutue beneficentie: ⁊ ma
leficentie cauẽde: ex quo cõicant
quasi eandem habitationẽ: eisdẽ
legibus regũtur: eodẽ dñio gau
dent: eodẽ ritu viuũt. easdẽ ꝯsue
tudines cõicant: ⁊ easdẽ artes se
pe exercẽt. Admonẽdi ergo sunt
ad dilectionis ꝓximi vnitatem.
Mat. xxij. Diliges ꝓximũ tuuz O
sicut teip̃m. Proximꝰ autez nõ
sanguinis propinqtate: sed rõnis
societate pẽsandus est: ait Aug.
ep̃la. xxxiiij. Et idem de doctrina
xpiana. c. i. ꝓximus ois hõ hõi
est tam conditione nature q̃ꝫ cõ
fessiõe religiõis. Sꝫ ad dilectio
nẽ ꝓximi ꝑtinet innocentia qua
nulli nocemus: ⁊ bñficentia qua
ꝓsumꝰ qbus possumꝰ: ait Aug.
de mẽdatio. Colligati igit coha
bitatione ciuili: q̃les sunt vicini
⁊ ꝓximi monẽdi sunt: ne vicinis
noceant: nec iniuriãdo in ꝑsonã
nec spoliando i possessionibꝰ: ra P
pinam apertam vel ocultam fa
ciendo: nec in fama ledendo. De
quibꝰ oibꝰ Leuit. xix. Nõ facies
calũniã ꝓximo tuo: nec vi oppri
mes eũ. Et sequit. Non maledi
ces suo: nec facies qḋ iniquum
est. Et ꝓuer. xxiij. Non attingas
terminos ꝑuulorũ. Seqtur ꝓ

pinquus eoꝝ fortis est.
¶ Capl'm.ij. Qualiter debent si bi mutuo subuenire.

Q Sunt enim admonendi: vt indigentib9 vicinis sub ueniant: oppressos libe rent: desolatos ꝯsolentur. Et sic de alijs misericordie opib9 ꝛ bñficentia. Talis fuit vicinis suis. Job.xxix. Eo ꝙ liberassem pau perem vociferantem. Seqtur. Cor vidue ꝯsolat9 sū. Et p9. Con terebā molas iniq. Et.xxx.c. Fle bam ꝯdā sup eo q afflictus erat Hec sunt officia ꝛ opa boni viri de quo Aug.iiij. de ci.c.xv. Feli citas maior est: vicinum habere ꝯcordē: ꝙ̄ malū subiugare bel lantem. Ille ciuis siue cohabita tor est bon9 q oibus est innocēs: nulli malū faciens: ꝛ oib9 vicinis bñfaciens. Talis ē multū deo ac cept9. Et de tali in exēplū alijs le gitur in vitis patrū li.i. post me diū: ꝙ abbas Panhuti9 suppli cabat deo: vt ei ostenderet cui si milis esset in terris. Ad quē vēit vox: ꝙ erat silis ꝓmario illi9 vici Qd audiēs venit ad domū eius At ille cui erat mos suscipere ho spites occurrit sibi: ꝛ itroduxit in domū. At q̄ inter epulas quesiuit abbas: qd esset studiū ei9: dicēs si bi eē reuelatū a deo: ꝙ dign9 erat ꝯsortio monachoꝝ. At ille mio ra de se dicēs ait. Nulli9 boni mi hi conscius sum. Quia tamē ver bum dei ad te factū est: dico tibi: ꝙ triginta anni sunt ex q̄ suā cō tinens: ꝛ vxor mea silr. Suscepi enī tres filios: quoꝝ causa solū modo a me cognita fuit. hospites suscipere nūꝙ̄ cessaui: nec alicui añ me illos habere ꝑmisi in vil la: Nullū ḋ domo mea sine via tico dimisi: pauperē ñ despexi: sꝫ necessaria sibi tribui: ꝯ iustitiam nihil accepi: alieni fruct9 nō intra uerunt domū meā: litē si vidi nō preterij nisi pacificarē: nullus de prehendit in culpa famulos me os: greges mei non leserunt alie nos. volentes seminare in agro meo non ꝓhibui: ꝙ̄tū in me fu it nō ꝑmisi: vt potētior infirmuꝫ ꝓmeret: studui vt neminem cō tristarē: iudiciū cū apḋ me fuit neminē ꝯdēnaui. hec audiēs san ctus osculans eum bñdixit illi ꝛ ait. Quia hec implesti: vnū tibi deest. vt ꝯcta dimittēs seq̄ris dei sapientiam. Et statī secut9 est eū ꝑgens ad heremū. Et veniētes ad fluuium nec habētes nauigiū dixit ei sanct9: vt intraret aquam pedib9 secū. Que vsqꝫ ad latera venit. Et collocauit eū in cellula iuxta monasteriū: formā ei viuē di tradēs. Qui priores labores: nuos reputans: viriliter se exer cuit: ꝛ mortu9 est. Cuius aiā vi dit sanct9 inter choros angeloꝝ dicentiū. Beatus quē elegisti ꝛ assumpsisti ꝛc. ¶ Predicator er go diuin9 debet hortari vicinos ad ꝓdicta opa ponens eis vitam

sanctoꝝ: ⁊ vitã Job: ⁊ isti⁹ in ex-
emplũ. De tali eniʒ vicio verifi-
catur illõ ꝓuer .xxvij. Melioꝛ ẽ
vicinus iuxͣ ꝙ̃ frater ꝓcul. Qua
liter aũt vicin⁹ siue cohabitatoꝛ
debeant cauere a calũnia iniusta
dictuʒ est. s̃. ꝑte. i. vbi de iudicio.
vbi etiaʒ dictũ ẽ: q̃liter cauere dʒ
a calũnia iniusta euidẽti ⁊ apta.
¶ Caplm̃ tertiuʒ. De cauendis
fraudibus ĩ mercaturis.

e T non sufficit ei cauere
ab aperta malitia ⁊ rapi-
na vel spoliatione ꝓximi
nisi caueat ab occulta ⁊ fraudulẽ
ta sophisticatione q̃lis est in mer
caturis: ⁊ ꝯctib⁹ vsurarijs. vt. n.
V ait Aug. xiij. de ci. c. iij. oẽs volũt
viliter emere: ⁊ care vendere: in
troducẽs ibi facetissimã vrbãita
tem cuiusdã dicẽtis in theatro: se
scire qd omnes vellẽt. Et cum
die statuto ꝯflueret maioꝛ multi
tudo: silentib⁹ oibus ⁊ suspensis:
dixisse ꝑhibet viliter vultis eme
X re: ⁊ care vendere. Qd oẽs inue
nerunt in ꝯscientijs suis. Et quia
sic est: multe fraudulẽtie fiunt in
mercaturis vł ocultãdo deffect⁹
⁊ vitia rerũ: ⁊ ostẽtando apparẽ-
tias q̃ non sunt in eis: vel mensu
Y ras diminuẽdo: vel inutilia cõ-
miscendo: ⁊ de alijs fallatijs que
fiũt in talib⁹. Jõ ṕcepit domin⁹
Leuit. xix. Statera iusta: ⁊ eq̃lia
sint pondera: iust⁹ modi⁹: equus
sextari⁹ ꝓuer. xx. Abhominatio
apud deũ pondus ⁊ pond⁹: ⁊ sta

tera dolosa non est bona. Quta
libus fraudulentijs vicinos sedu
cũt thesauriçãt sibi thesauros ini
q̃tatꝫ. Miche. vi. Adhuc ignis
in domo impij thesauri iniq̃ta-
tis: ⁊ mẽsura minoꝛ ira plena. Et Z
nõ solũ fraudulẽtie regnãt in tali
bus: sed mẽdatia: ꝑiuria: falsa te
stimõia: ⁊ impia hoꝛtamẽta. Jõ
ꝓpha vbi. s̃. Nũqd iustificabo
staterã impiaʒ: ⁊ saccelli podera
dolosa in q̃bus diuites ei⁹ repleti
sunt iniq̃tate ⁊ habitatoꝛes in ea
loq̃bant mẽdaciũ: ⁊ lingua frau-
dulẽta in oꝛe eoꝝ? Et de hoc Tu
lius mł̃tũ. iij. li. de offi. c. xij. vbi in
quirit: an vir honest⁹ debeat pate
facere reꝝ vitia in vẽditione: an A
celare. vbi ĩtroducit sẽtẽtias phi
losophoꝝ ꝯrias. Aliõ inquit vi-
debat Diogeni Babilonio ma-
gno ⁊ graui stoyco: aliõ Antipr̃i
discip̃lo ei⁹: homini accutissimo.
Antipr̃i oia patefacienda vide-
bãt: cũ hõ hoi ꝯsulere debeat et
seruire hũane societati: cũ ea lege
natus sit homo: ⁊ vtilitas cuiusli
bet sit vtilitas comunis. Dioge-
ni videbat ꝯrium. s. nõ opoꝛtere
dicere vitia: nisi q̃tenus constitu
tum est in re ciuili: cetera cum in
sidijs agere. Qui eniʒ vendit vel
let vẽdere optime: ⁊ vendẽdo ni
miũ nõ plus ꝙ̃ ceteri. Cui ergo
iniurioꝛ? Item supaddit Antipa B
ter: ꝙ emptoꝛeʒ pati ruere: ⁊ per
erroꝛem in fraudẽ incurrere pei⁹
est ꝙ̃ viam non ostendere. Qd

tamen.s. viā monstrare sanctū
est Athenis publicis exercitatio
nibus: ⁊ ibi multū de eoꝝ dsiputa
tione. Vñ Diogenes. Quid stul-
tius: ꝙ̄ vēditorez: vitia rei quaz
C vendit narrare: ⁊ q̄si p̄reco p̄dice
re: domū pestilētie vēdo? ⁊c. Ad
ꝯriū autez arguit Antipr̄: ꝙ nisi
sic fecerit: iniuste ⁊ improbe fa-
cit. vnde ꝯcludit Tuli. ꝙ in dubi
is causis ex alia parte defēdit ho
nestas: ex alia vtilitas. Quasi di-
cat. hōestū est. s. narrare vitia rei
vendende: vtili⁹ v̄o non publica
D re. vñ sequit̄. hoc celandi genus
quis non videat? Certe non apti
non simplicis: nō ingenui: nō iu
sti: non boni viri: sed poti⁹ v̄ suti:
obscuri: astuti fallacis: callidi. ⁊c.
Et introducit ibi de quodaz qui
voluit emere ortū ad inhabitan
dū. Qd cū intellexisset venditor
fecit venire piscatores in navicu
lis t̄pe cene cū ciboꝝ mł̄titudine
E Qd cū ali⁹ miraret̄: r̄ndit ille: ꝙ
de illo erat: Siracusis quicquid
esset pisciū. Qd alius vidēs cari⁹
emit ortulos. Qui cū postera die
nihil tale videret: admiranti de
hoc dixerūt alij: ꝙ nec ibi cō sue
uerunt esse piscatores. Et ita fuit
dolus ibi: q̄ aliđ fuit actū: aliđ si
mulatū. Dolus aūt legib⁹ vindi-
catur. ¶ Per ꝯrium narrat ibi
postea de alio. ꝙ cuz postulasset
vt sibi fund⁹ vēderet̄: ⁊ venditor
preciū posuisset: dixit se plurīs esti
mare ꝙ̄ qđ vēditor petebat. Et
addidit centum milia. Et de hac
materia mł̄tū ibi. Jō ꝯcludit. c.
xvi. ꝙ aliter leges: aliter phi co-
lūt astutias. leges: q̄tenus manu
idest iudicio tenere possunt: phi
q̄tenus rōne ⁊ intelligentia. Rō F
eniz postulat: ne q̄d insidiose: ne
quid simulatorie: ne quid fallaci
ter fiat. Et hoc cōcordat magis
legi diuine: ne fidelis decipiat sci
enter p̄ximum suū. Multa eniz
pericula concomitant̄ vēditores.
Jō Ecc. xxxvij. Cū negociatore
tracta de traiectione: ⁊ cū empto
re de venditione. s. dirigēdo eos G
Et. xxvij. iter mediū emptiōis ⁊
vēditiōis āgustiabit̄ peccās mo
neāt̄ ergo a p̄dicatore diuio tales
vt a p̄ctis caueāt in officijs suis.
¶ Capituluz quartū. De cauen-
da fraude vsure.
Similiter sunt admonē
di vicini de fraudulentia
vsuraruz: sed vt mutuo
accomodēt vicinis absq̄ vsura
Exodi. xxiij. Nec vsura oppri-
mes eum. Et Leuit. 26. pecuniā H
tuam non dabis ad vsurā. Deu-
ter. 23. Non fenerabis fratri tuo
ad vsuram. Eze. 13. Ad vsuram
non accomodabis. Idem. 22. est
aūt vsura s̄m Hostien. Quod-
cūq̄ solutioni rei mutuate acce-
dit: ipsius vsus rei gratia pactiōe
interposita: vel hac intentiōe ha
bita in ꝯtractu: vel ex actione ha
bita ex post facto. Luc. 6. Mu- I
tuum date nihil inde sperantes

Hoc enim gratum ē apud deū: vicino indigenti mutuaī ad rele uationem sue necessitatis cū pos sit gratis dare. Unde ps. Qui pe cuniam suam non dedit ad vsu/ ram. Unde legit li. i. hystorie tri/ partite de Speridióe epo: q̄ ei⁹ mos erat: ex fructibus alios daī
K pauperibus: alios mutuaī. Nec per se dabat: nec recipiebat: s; pe tentibus dicebat: vt q̄ntum op⁹ haberent tollerent: ⁊ denuo re/ deuntibus: vt reponerent q̄ntu; se nouerant accepisse. Ad quē q dam accedens: sic mutuu; rece/ pit: ⁊ reuersus non reposuit qđ acceperat: sed afferens secum ab scessit: estimās: ep̄; id latere. Et iterato venit idem petens mutu/ um. Quem ep̄us misit ad horre um. vt acciperet. Ad quod veni ens totaliter inuenit vacuū. Qđ cum narraret epō: ait episcop⁹
L Mirum est quomodo tibi soli visum est vacuum: ⁊ non aliis. Sed vide: ne qđ alias mutuat⁹ es solueris. At ille sic captus: qđ deliquerat epo indicauit: ⁊ se vo luntati illius subiecit. Ex quo pa tet dicti epi charitas: in mutuan do: ⁊ mutuationis apud deū ac ceptabilitas: ⁊ infidelitatis in re/ stituēdo detestabilitas. De vsure quoq; incomoditatibus sufficiē ter tractaī in summa de vitiis. iō
M hic obmittendum. Et de vsura multum Ambrosi. iii. de offi. vbi ait. Cur in fraudem cōuertis na ture industria;? Cur affectas in/ opiam? Cur optari facis pauperi bus sterilitate;: fles publica; fer tilitatem? Exploras quando steri lior prouētus: hanc vocas indu striam que est calliditatis versu/ tia fraudis astutia. et qđ tu reme dium vocas est comentum neq tie. Latrociniū aūt fenus appel/ lem. Captantur tanq̄ latrocinii tempora quibus in viscera homi num durus insidiator obrepas: cui condite frugis multiplicatur vsura. Quid iprecaris mala om nibus? Lucrum tuum: damnu; publicum est. ¶ Ex his patet q̄ detestāda sit vsura in xp̄ianis q̄ sic fuit prohibita iudeis. s. ne aco modarent fratribus suis ad vsu N
ram. Deuī. xxi. ⁊ de hoc Aug. epi stola. xxxvi. Quid dicā de vsuris quas leges ⁊ iudices iubent red dere? Aut crudelior est qui aliqđ diuiti subtrahit q̄ q trucidat pau perem fenore? Sequitur. hec at/ q; huiusmodi male possidentur: ⁊ vellem q; restituerentur: s; nō est quo iudice repetantur. Et de hoc Crisostom⁹ super Mathe. omel. v. i fi. Mutuo da: amplio res cape vsuras: mutuo da acce pturus. s. vbi nulla inuidia: nulla O
accusatio: insidiatio: neq; terror. Mutua nullo indigenti. s. xp̄o: ⁊ propter te necessitatem haben ti: esurienti: ⁊ omnes nutrien/ ti. He enim. s. vsure regnum: ille gehēnā preparant. He sunt p̄hie

⁊ misericordie. ille crudelitatis et auaritie. Quam ergo habem⁹ occasionem siue excusationem: cũ ampliora possim⁹ recipe ⁊ in tpe oportuno scilicet dando pauperibus. hec vilia ⁊ fallatia. si tamen damus? ⁊c. Sequit. Nihil vsuris turpius: nihil crudeli⁹. Alienas
P hic negociatur miserias: ⁊ lucrũ suu3 alterius aduersitatem facit. Et ponit exemplũ: ꝙ talis est q̃si manu3 suscipiens ⁊ in naufragium impellens. Et post v̾ƀo: te vsurã accipere a deo scilicet mercedem eternã ꝓ paruis magna ⁊c. Luce. xvi. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt cũ defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Magna er
Q go dementia a pauperib⁹ vicinis vsuram accipere ⁊ contra omnẽ legem tam naturale3: q̃ scripta3 q̃ euangelicam: q̃ etiam contra omnis creature innata3 bonitatem que q̄dem creatura omnib⁹ se gratis cõicat: Sicut lux ignis: aqua: terra: ⁊ ad cumulum pene eterne: ⁊ non dare ad vsuram spiritualem scilicet erogare elemosynas pauperib⁹ pro regno eterno. Jmo qđ plus est: dare vsurã malo modo ide3 est ꝙ pauperes trucidare: vt dictũ est. Unde Tu
R li⁹ libro primo tusc. q. dicit: ꝙ cũ q̃reretur a Catone qđ. expediret in re familiari: ⁊ responderet: bñ pascere: bene vestire: bene arare. Et cũ q̃reret an fenerari scilicet expediret: respõdit. Quid est hominem occidere. Quasi di. Fenerari est occidere subtractione necessariorum.

¶ Septima distinctio. De colligatione amicabili.

¶ Capitulu3 primum. Quid sit amicitia: ⁊ qualis esse debet.

Einde videndũ est de colligatione amicabili q̃lis est iter amicos que quidem debet esse amicitia vera ⁊ non ficta. De qua scilicet de ficta dictu3 est. 5. parte prima.: vbi de vicijs curialium. Et de hac Hierony. epistola. xlv. per totũ. Debet ergo amicitia esse vera nõ ficta. Que scilic3 tũc est vera: quãdo ẽ vnanimis consensio in reb⁹ honestis q: vt ait Tuli⁹ libro de amicitia: ⁊ idem Augu. epistola. xlv. Amicitia est humanarũ diuinarũq3 rerũ cum beniuolentia ⁊ charitate consensio. Et Tuli⁹ ibidem dicit: ꝙ beniuolentia est amicitie fons. S

¶ Capitulum secundum. Que exigũtur ad veram amicitiam.

Unt ergo amici admonendi: vt vnanimiter cõsentiant in licitis ⁊ honestis: licet aliquis eorum sit superior dignitate vel statu. vt eni3 dicit Tuli⁹ ibi: maximũ est in amicitia: superiorem parem esse inferiori scilicet considerando: vnde amicus dicitur quasi animi equ⁹ T

qꝛ equali nobis voluntate iungit
V ait Casio. super ps. xxxvij. Talis
amicus fuit filius dei: qui cum su
per omnes esset: tamē in medio
discipulorum fuit sicut qui mini-
strat Luc. xxiij. Et Jo. xv. Jam
X non dicam vos seruos sed ami-
cos. ⁊c. Talis amicitia nō potest
esse nisi inter amantes se veraci-
ter: ait Augu. iiij. ꝯfessionum lo-
quens ad Christū. Non est vera
amicitia: nisi eam cōglutines in
ter herentes tibi vera charitate.
Unde Tulius vbi. s. Amor ex q̊
Y est amicitia nominata princeps
est ad coniungendam amicitiaꝫ
¶ Jtem in amicitia debet eē mu
tua compassio: qꝛ ipsa est beniuo
lentia: in compassis non latens:
ait phūs ethi. viij. vnde ibidem.
Consiliatiuus amicus. ⁊c. Uere
enim non agnoscit in bonis ami
cus: nec in malis absconditur ini
micus. Eccle. xij. Jdeo Job. vij.
Qui tollit ab amico misericordi
am: timorē dei derelinquit. Cum
enim in amicitia vnicꝰ fiat ex plu
Z ribus ait Tulius primo de offi. c.
xvij. ⁊ hec sit lex amicitie nō mi
nus nec plus q̄ꝫ se diligi ait ibidē
merito debet esse mutua ꝯpassio
vnde Aug. libro confessionū plā
gens amicum mortuum ait. Di-
midiū vite mee. ⁊c. Et Seū ep̄la
101. obiurgans plangentem filiū
quid īquit faceres: si amitteres
A amicum: ex quo tantum plangis
paruulū qui erat incerte spei? ⁊c.

¶ Jtem in amicitia debet esse se
dula sollicitudo de salute amici:
honore ⁊ vtilitate: qꝛ vt ait Tuliꝰ
vbi. s. de amicitia ante fineꝫ mo
nendi sunt amici sepe ⁊ obiur-
gandi. ⁊ hec accipienda amice ⁊ B
beniuole. Unde sequitur haben-
dum est in amicis nullam pestē
maiorem q̄ꝫ adulatoriam blandi
tijs assertionem. Et post omniuꝫ
rerū simulatio vitiosa est: Tollit
enim iuditium veri: ideo adulte
rat nomen amicitie: ⁊ repugnat
veritati: sine q̄ nihil amicitia va-
lere potest. Et ibidem. virtus cō
ciliat amicitias. Hinc Augu. ix. C
confessio. Sicut amici adulātes
cōuertuntur: sic inimici litigātes
plerūqꝫ corrigunt. multo magis
amici suo mō litigantes. ¶ Jtē
in amicitia debꝫ esse mutua cōi-
catio tam cordium siue interiorꝫ D
cōceptionuꝫ: q̄ꝫ amicabiliuꝫ col-
lectionum: officiorum: ⁊ ministe
riorum: q̄ꝫ etiam rerum. vn̄ Co-
mētator ethi. ix. in pricipio. Pro
uerbiū est de amicis: q̄m̄ anima
vna: ⁊ omnia communia. Cum
enim amicus prebeat cor ami- E
co prout ait Tullius de amicitia
vbi. s. ea vis amicitie est: vt vnꝰ
quasi aius fiat ex pluribꝰ. Et Au
gu. iij. confes. di. ꝙ amicitia ē dul
cis propter vnitateꝫ in multis ani
mis: eqtas dictat: ꝙ cōmunicet
omnia sua. Unde Tulius. vbi. s.
His finibus vtendum est arbi-
tror: vt cū emendati amores ami

corum sint inter eos sit omnium rerum consiliorũ ꝛ voluntatũ si ne vlla exceptione cõitas cum ve recondia ꝛ reuerentia: que semp tenenda est in amicitia. Ut enim
F ait ibidem: prima lex amicitie est vt ab amicis honesta petamus ꝛ amicorum causa honesta facia mus. Et ibidẽ Tul. 3 offi. v bi. s. Nec contra rempublicã: nec cõ tra iusiurandũ: amici cã vir bo nus faciet. Nec turpia facienda amici cã. Et ꝺ hac amicitia Tul.
G li. de amicitia per totũ. Et phus. Ethi. viij. ij. ix. per totũ. Et Val. li. iiij. c. vj. vbi ait. Contẽplemur vinculũ amicitie potens ꝛ perua lidũ: nec vlla ex parte sanguinis
H virib⁹ inferius: hoc etiã certius ꝛ exploratiꝰ id qꝺ nascẽdi sors for tuitũ opꝰ: h vnius cuiusq; solido iudicio ichoata volũtas ꝯtrahit Et ponit ibi exẽpla de amicis: q rum vnus petijt occidi cũ amico occiso. Similiter de alijs quorũ vn⁹ se hosti obiecit ꝑ alio: ¶ Si militer de duob⁹. s. Amõ ꝛ Phi
I tya de quibus ait. ꝙ cum Dyoni sius tyrannus vnum vellet occi dere: Dum ille iret ad res suas or dinandas: alius se dedit vadere pro eo: ꝛ redit alter hora sibi assi gnata. Quorum aĩum tyrãn⁹ ad mirans supplicium fidei remisit
K insuper rogans: vt se reciperent in tertium gradũ sodalitatis. Et enumerat ibi vires amicitie. s. contemptum mortis ingerere: vi te dulcedinem extinguere: crude litatem mansuescere: ꝛ sic de alijs Et de hac Aug. iiij. cõfes. loquẽs ꝺ amico mortuo: ꝛ nescis inquit an vellẽ etiã pro illo. s. mori. Sic
de Horeste ꝛ Phidiade tradit L siue fingit: ꝙ vellent pro inuicẽ simul mori: qꝛ morte peius erat eis non simul viuere.

¶ Capitulum tertium. De ficta amicitia: ꝛ propter que dissoluit. Et de vtilitate vere amicitie.

Predicator ergo cõferẽs cũ amicis dissuadeat fi ctas amicitias que sunt
sꝫ accidẽs ꝛ facile solubiles. Dis soluto enim eo propter quod sũt M amici: dissoluit amicitia: prout ꝺf Ethi. viij. In senibus enĩ ẽ ami citia propter vtile: in iuuenibus propter delectabile: vt ꝺf ibi. Et suadeat veram amicitiã: que nõ est vera nisi sit conglutinata cha ritate vt dictũ est. Unde Hiero. epistola. lxxxviij. ait. Et cõcursus sensuum: ꝛ vtilitas voluntatum quasi riuuli amicitie scaturiçant. Et sic idem velle ꝛ idẽ nolle dul
cissimũ ꝛ honestissimũ. ait Sen. N epl'a. iij. Et hec amicitia est ꝑcio sissimũ genus diuitiarũ. ait Boe. ij. de conso. in fi. ꝛ merito: qꝛ ami cus habet omnes suos amicos ꝛ omnia sua possidet: ꝛ sic facit eũ diuitẽ: ꝛ inextinguibilem: ait Cri so. super Jo. Omel. lxxviij. dicit. ꝙ vnus. s. amicus multiplex est. Si enim vnanimes fuerint decẽ

vel pares nō vnus eſt quaſi vnꝰ ſ. tantum. ſed decies multiplicatꝰ qlibet eorum inuenies in decem
O vnum: ⁊ in vno decem. Et ſi qs inimicabit vni: inimicabit ⁊ decē ⁊ inimicicias capit. Et ſi vnꝰ pauperat: ſibi non eſt inopia: Maiori eni parte vnus decem hꝫ libertatem. Unuſquiſqꝫ habet viginti pedes: viginti manꝰ: ⁊ vigiti oculos. Non enim ſuis ſolum oculiſ videt ſed etiā aliorum. Sed ⁊ decez hꝫ animas: que ſunt pro ſe ſollicite. Non ſuis tm̄ opat manibꝰ nec ſuis ſolū portat pedibus ſꝫ ēt aliorū. Si vo facti ſunt amici duo vel mille milia. idem erit. Uides amoris ſuperabundantiam: qualiter inextinguibilem facit vnum ⁊ muliplicem: q̄liter vnus: ⁊ vbiqꝫ
P vnus poteſt eſſe idem in pſione ⁊ in Roma: ⁊ qđ natura non poteſt: amor poteſt. Segtur. Si mille hūerit amicos: vel duo milia: idem erit. Et poſt Si decies millies diues fuerit: nudꝰ cōſiſtit ſine amicis. Sed ⁊ ſi iopes fuerint. ſ. amici. diuitibus vberiores exiſtunt: ⁊ que ipſe pro ſeipſo dicere non temptat: hec amicus dicet: ⁊ que nō poteſt ipſe ſibi largiri: per alium poterit: etiā multo ampliora. Et ſubdit. Non eſt pati male a tot armigeris cuſtoditū Non enim tales regis corporis
Q cuſtodes tā diligentes vt hi. Nā illi neceſſitate ⁊ timore cuſtodiūt Hi vo deuotione ⁊ amore. Hec ille. Et ibi multa elegantia đ hac materia. Et de hoc Ambro. iij. đ offi. in fi. Pietatis cuſtos amicitia eſt: a equalitatis magr̄a: vt ſuperior inferiori equalem ſe exhibeat: ⁊ inferior ſupiori. Inter diſpares enim mores non poteſt eē amicitia. Ideo debet ꝯueniri gra R
tia vtriuſqꝫ: nec auctoritas deſit inferiori: ne humilitas ſuperiori. Laudanda eſt ergo vera amicitia: ⁊ fideliter obſeruāda quia vt ait. Tul. de amicitia vbi. s̄. Solē de mundo tollere vident: q amicitiam e vita tollunt.

Octaua diſtinctio. De colligatione ſociali in conuictu. Capitulum primum. Qđ homo debꝫ eſſe ſocialis.

c Et non ſolum ſunt admonendi amici q ſūt colligati amicabili colligatione: ſed etiā ſocij qui ſūt colligati ſociali cōione. Ut enim ait Hugo. ſocius dr̄ vel a ſoco: quaſi i vna caliga. ſ. hoſpitio manens: vel a ſequor. Et eſt ſocius proprie i pe- S
riculo: collega in officio: comes in itinere. conſors in predio: ſodalis in menſa vel ſede. Quocunqꝫ autem modo ſumat ſocietas: homo debet eſſe ſocialis: qꝛ homo eſt animal non ſolitarium ſꝫ politicum ⁊ cōicatiuū: ait Cōmen- T
tator. Ethi. viij. Et Sen̄ de bn̄fi. c. xiiij. dicit. ꝙ hoiez non vnguiū vis: nec dentiū terribilem ceteris

fecit: nuduz τ infirmum societas
munit. Duas eni res dedit ei de⁹
que illum ceteris obnoxium vali
V dissimumq; facerent: rationez. s.
τ societatē. Et Sequit. Societas
ei dominium omniū dedit: socie/
tas terris gentium in aliene natu
re transmissit imperium: τ dñā/
ri ēt in mari iussit. Et ibi multa.

¶ Capitulum secundum. Qd malorum societas est vitanda.

Amen societas maloruz
vitanda est. pūer. xxiij.
Noli esse amicus homi
ni iracundo: necq; ābules cū ho
mine furioso. nec discas semitas
eius. τc. Ubi Greg. super Eze. li.
X i. Omel. ix. Infirmi iquit debent
vitare societatem prauorum: ne
mala que frequenter aspiciunt: τ
corrigere nō valent: delectentur
imitari. Et ponit exempla. Sicut
aer malus assiduo flatu tractatus
inficit corpus: ita peruersa locu/
tio assidue audita inficit animuz
Corrumpunt enim bonos mo/
res colloqa mala. i. cor. xv. Und
Señ. epl'a. vij. ait. Unum exem/
Y plum luxurie: vnuz exēplū aua
ritie multuz mali facit. conuictor
delicatus eneruat τ emollit: vici/
nus diues cupiditatez irritat: ma
lignus comes rubiginē suam af/
fricuit. Sequit. Necesse est autez
imiteris tales: aut oderis: τ vtrū/
q; deuitādum: ne vel simul ma/
lus fias. q̄r multi sunt: ne vel ini/
micus multis q̄r dissimiles sunt.

Et epl'a: cvij. Derebit tibi auari/
tia q̄diu auaro sordidoq; conui
xeris. Derebit tumor q̄diu cuz
superbis conuersaberis. Incen/
dunt libidines adulterorūz soda
lia. Cuz sancto eni sanctus eris:
τ cum peruerso peruerteris. Unū
i. cor. vj. τ. x. Nolo iquit⁹ Apo. so/
cios vos esse demōiorū. Et. ij. vi.
c. Que societas lucis ad tenebras Z
τc. Nolite. cōmisceri cum forni/
carijs. Societas aūt cum bōis ē
ineunda. ait Seneca vbi. s. Ad
meliores transi cuz Socrate. Ui
ue cum zenone: cū Crispo. cum
Possedonio. Hi tibi tradent⁹ di
uinorū humanorumq; noticiaz:
Hi iubebūt⁹ i ope eē: vt nō tantū
scias eloq: τ i oblectatione audi/
entium verba iactare: sed τ ani/
mum indurare: τ te aduersus mi
nas erigere.

¶ Cap'm tertiū Qd bonorū societas est appetenda.

Icut autem quilibet vi/
tare debet societatē ma/
lorum: sic debet appetere
bonorum. Et in hac societate de/
bet esse charitatiua affectio: vt q
libet diligat alium in veritate: ne A
sit tm̄ amicus τ socius mense: p
ut dr̄ ecc. vi. Ideo Aug. iiij. con/
fes. vocat amicum dimidiuz vite
sue. Et. phil'. ii. Si q̄ societas spi/
ritus. τc. ¶ Item debet esse vna
nimis ɔsensio vt possint dicere so
cij. In domo dei ambulauimus
cum cōsensu. Et alibi Facit esse

vnius moris in domo. Item de bet esse mutua subleuatio. et noci ui ab vtroqz repulsio: et adiutorij prompta collatio. De quibus om nibus ecc.iiij. Melius est duos
B esse q̄ vnum. Habent eni emo lumentum sue societatis. Si vn⁹ ceciderit: ab alio fulciet. Jō seqt Ue soli. etc. ¶ Itē dz eē vtriusqz ab altero mutua veneratio et su⸗ perioris cū iferiori parificatio. ro. xij. Honore inuicem pueniētes Unde narrat Uale. li. iiij. c. vj. q cum Alex. cū Ephistene sibi gra tissimo venisset ad castra Darij: et
C mater Darij capta ephistenez q forma et statura prestabat Alexā. more persarum adulata illuz sa⸗ lutauit tanq̄ Alexandruz. Et cū admonita de errore: per trepida tionem verba excusationis quere ret: Respondit Alex. Nihil ē: q hoc sermone confundaris. Naz et hic ē Alex. Paucis verbis ait Ual. cum comite suo partitus est Jō ecc. xiij. Ditiori te ne soci⁹ fue ris. i. ei q dedignatur ɔdescēdere et se parificare socio. Unde Sen. epl'a. xcij. Penes deos imperiū inter hoies consortiū. homo eniz est aial sociale. i. de animalibus.
D ¶ Itez debet esse pia compassio et benefica suportatio. Ut enim di cit Sene. epl'a. xcvij. Societas nostra silis est formationi lapidis i. domui testitudinarie: et cū arcu bus facte: que casura est. nisi in⸗ uicem obstaret. Hoc eniz ipo su stinet. ¶ Consimile exemplū po nit Greg. vbi. s. et superaddit q si ego mores tuos non supporto: et ecōuerso: nunq̄ edificium cha⸗ ritatis surget iter nos. Gal. vj. alter alteri⁹ onera portate. etc. Su per quo Aug bene et multum. li. lxxxiij. q. q. xvij. Nihil ingt sic p bat amicum: quemadmodū one ris amici portatio. ¶ Et ponit exemplum de loquacibus: perti⸗ nacibus: iracundis: q vn⁹ debet supportare alterius infirmitatem s. q̄tum potest absqz peccato. Et exemplificat de ceruis transeun⸗ tibus aquam: quorū priores por tant capita aliorum in clunib⁹ su is vicissiz. Jō. i. cor. i. Sic socij pa uonū: etc. Apoc. i. Ego frater ve⸗ ster et socius in tribulatione. Sūt enim multi sotij in prosperitate: pauci in aduersitate. Et de hac so cietate Ambro. i. de offi. di. q rō societatis diuidit in duas partes: iustitiā. s. et beniuolentiam siue li beralitatē et benignitatē. Prima excellentior: Secūda gratior. Il la censuram tenet: ista bonitatez Qualiuz autē debet esse societas s. seniorum et adolescentiū: alij te stimonio: alij solatio sunt: alij ma gisterio: alij delectatiōi. exemplū de Josue et Moyse: Abraam et loth. Helia et Helyseo: Paulo et Barnaba. Societatem his mo⸗ dis facit virtus que facit animuz dignum: vt veniat in consortium Unde Sene. de naturalibus

Non enim potest esse salua socie
tas nisi amore ⁊ custodia partiu3
ait. Señ. ij. de ira. Et Aug. iij. cō
fes. Ea est societas hominū iusta
que deo seruit. ecc. xli. A socio ⁊
H amico de iniustitia .s. erubesce: si
facta est.

¶ Caplm̄ quartū. De his que so
cietatem dissoluunt.

Anc societatem disoluit
h auarita: ait Ambro. exā.
Omel. v. ponens exem-
plū d̄ auibus rapacibus que nō
sūt sociales. Jō Señ. epl̄a. xciiij.
I ait. Auaritia ⁊ luxuria dissociaue
re mortales. Et Tul. iij. de offi. c.
v. dicit. ꝙ dissoluitur societas: cū
quilibet querit ꝓprium comodū
Dissuadeat igit̄ predicator malo-
rum consortium: ⁊ bonorum cō
sortium ⁊ societatē efficaciter sua
deat; ⁊ ꝙ bonoꝝ societas sit talis
qualis descripta est.

¶ Nona distinctio. De virtuali
conuersatione cum aduersarijs.
Capitulum primū. Qd̄ laudabi
le est bene viuere inter malos.

T qꝛ non sufficit fide
li: ꝙ ordinate conuer
c setur ⁊ viuat cu3 his
cum quibus est colli
K gatus dictis modis:
sed oportet: ꝙ virtuose viuat cu3
aduersarijs: propter quod in lau
dem Job dicit̄: ꝙ vir erat in ter
ra hus nomine Job: vir simplex
⁊ rectus ac timēs deum ⁊c. Ubi
Greg. mor. i. dicit. Non multum
laudabile est bonum eē cum bo
nis: sed bonum esse cum malis.
Et Job. xxx. Frater fui draconū
⁊ soci⁹ structionum. Ubi Greg.
mor. xx. idem dicit. et Ece. iij. Cū
scorpionibus habitas. Ubi Gre
go. li. i. Omel. ix. idem dic̄. Ideo
dr̄ iustus Loth. aspectu ⁊ auditu
ij. Pe. c. In medio nationis pra
ue ⁊ peruerse. Cañt. ij. Sicut liliū
inter spinas. ⁊c. Sunt ergo fide- L
les admonendi: vt licet habitent
duo eſſe genera ſcripturarū. pri-
mum ſcilicet eaꝝ que artes ꝓprie
appellantur. Secundū que ſunt
appenditia artiū. Et vtraqꝫ opor
F tet ſcire: licet artes ſine appendi-
tijs perfectuz poſſint facere lecto
rem: ꝑut ait ibi: ſuperaddens: ꝙ
duo ſunt diſcernenda. Primum
qualr de arte oportet agere. Se-
cundū qualiter oportet rationes
illius artis reb⁹ alijs accomoda
re. vt verbi gratia. De grāmatica
agit qui regulas ⁊ ꝓcepta ad hāc
artem pertinentia tractat. Grā-
matice agit qui regulariter loqui
tur vel ſcribit. Et ſic de artib⁹ alijs
Et vtiliter inſtituit ibi ſcolares q̄
liter adiſcere debent.

Capitulũ. vij. Qualis debet
eſſe diſcipulus ⁊ a quib⁹ cauere.

Ales aūt eſſe debēt ſco
q laſtici: ⁊ a quibus cauere
docet Boe. elegāter vbi
ſ. Diſcipuli inquit ſubiectio in tri G
bus conſiſtere debet. In attentio
ne: beniuolentia: docibilitate. vt
ſcilicet ſit docilis ingenio: attent⁹
exercitio: beniuolus animo. In-
tentus inqꝫ ad audiēdū: docilis
ad intelligendū: beniuolus ad re
tinendū. Et ſubdit. Non ſit ſco-
laris diſcolus. Dicitur autem di-
ſcolus quaſi a ſcola diuiſus. Sco
la enim grece dicitur vacatio la-
tine. vñ diſcolus quaſi a vacatio
ne diuiſus. Diſcolus eſt q diſcur-
rit per vicos: tabernas: ⁊ plateas H
per meretricum cellulas: ꝑ publi
ca ſpectacula: per pompas ⁊ cho
reas: per cōmeſſationes ⁊ publi
cas cenas. ⁊ h⁹ vagis oculis. effre
na lingua: petulāti animo: vultu
incompoſito: oīb⁹ his ſcola poſt
poſita. vnde ⁊ ſubdit: ſe multos
tales vidiſſe. A quibus aūt caue-
re debent ſubdit di. ibidez: ꝙ a lu
xurie fetore ſtudeat diſcipul⁹ alie
nari. Quaz diſtinguit. iij. di. vnū I

esse in ornatu: aliam in coytu: tertiam gulositati astitricem. Ab his scolasticus volens in philosophia proficere debet summe cavere: prout prosequitur ibi: subdens: quod meretrix nonaria est: inferni ianua: via iniquitatis, scorpionis percussio: viscarium scelerum: puteus interitus. Dicebatur autem nonaria: quia ante horam nonam antiquitus non licebat ad tales accedere. vnde et de hoc Augu. contra Julianum dicit recitans verba Tullij: quod motus voluptatis idest luxurie est maxime inimicissimus philosophie. Congrue enim cum cognitione philosophie: magna voluptas corporis esse non potest: ait ibi Boe. dicit quod oportet scolasticum cauere ab ebrietatibus et comessationibus quia vinum inquit moderate sumptum intellectui acumen conferre videtur. Immoderate vero sumptum: rationem perturbat: intellectum hebetat: memoriam eneruat: obliuionem immittit: errorem infundit: ignominiam inducit. vbi enim ebrietas ibi furor dominatur: vbi furor: ibi nulla sapientia: sed pregrauatur desipientia. Obliuio autem comes est ebrietatis: ait Macrobius lib. primo. Et hilaris est insania: ait Sen. epistola. vi. et voluntaria insania: ait idem epistola. lxxij. Ideo summe cauenda scolastico. ¶ Similiter luxuria que est in ornatu meretricio cauenda, prout exequitur Boe. vbi supra. ponens exemplum de quodam qui talibus ornatibus vacabat: et sua consumebat: Qui postea inops et pauper factus est. Que autem sunt expedientia viro scolastico: vt proficiat in scientia bene ait Hugo vbi supra di. quod sapiens quidam cum de modo discendi interrogaretur. s. que essent necessaria: respondit mens humilis: studium querendi: vita quieta: scrutinium tacitum: paupertas: terra aliena. Hec reserare solent multis obscura legendo. Et de quolibet horum bene prosequitur. di. quod principium discipline est humilitas. Cuius precipue tria documenta ad lectorem pertinent ¶ Primum vt nullam scripturam vilem teneat. ¶ Secundum: vt a nemine discere erubescat. ¶ Tertium vt cum scientiam adeptus fuerit ceteros non contemnat. De quibus ibi prosequitur bene. ¶ Similiter studium est necessarium exemplo philosophorum. De quo studio patet ibi. ¶ Similiter quies tam interior vt mens per illicita desideria non discurrat: quam exterior: vt ocium et opportunitas studio suppetat. ¶ Similiter scrutinium tacitum quod significat diligentiam meditationis: sicut studium instantiam operis. ¶ Meditatio vero est cogitatio frequens cum consilio: que causam: originem: modum: et vtilitatem vniuscuiusque rei prudenter inuestigat. vnde ibi pulchre ait Hugo quod lecticam philosophie quattuor portant scilicet philos. et chopos. i. amor et labor: phylemina: et agmina. i.

cura & vigilia. Opus inquit per/
agunt labor & amor. Consiliū pa
riunt cura & vigilia. In labore est
vt agas: in amore vt pficias: in
cura vt puideas: in vigilia vt attē
das. Cathedra phie est sedes sa
piētie que his suprapositis gesta/
Q ri dicit. vñ & pulchre iuuenes eā
a fronte pter robur tenere dicū
tur scilicet amor & labor: qr foris
opus peragūt. A posteriori puel
le describuntur idest cura & vigi
lia: que intus in secreto ɔsiliū pa/
riunt. ¶ Similiter paupertas .i.
nō sectari superflua spectat ad di
sciplinam: necnon & exiliū: quia
phantibus totus mundus exiliū
ē. ait ibi Hugo. Et de eisdē Po/
R li. li. iij. c. xiij. dicit: qp hee claues
discendi sunt quas senex Carno
tēsis paucis expressit. Ubi super/
addit: qp vna clauis est amor do/
centium. put ait Quintilian9 lib.
de institutione oratoris: Scolasti
ci igitur caueāt a predictis vitijs
& habeant dictas claues ad ape
rienda archana sapientie: & stude
ant humiliter & diligenter.

¶ Capitulū. viij. Quale deb3 eē studium boni discipuli.

Onsequenter admonē/
c di sunt scolares: vt solli/
S cite studeant ad sapiētiā
apprehendendam: est enim stu/
dium vehemēs applicatio animi
cum magna voluntate ad aliqd
agendum: ait Tuli9 prime Rhe/
torice li. i. Ideo Ecc. vi. Quasi is
qui arat & seminat accede ad illā
vt enim ait Hug. vbi. s. Picta
goras: in studijs suis hanc ɔsue
tudinem seruasse legitur: vt vsq3
ad septennium sm numer septē
liberaliū artium: nullus discipu/
lorum suor de his que ab eo di/
cebant rationes poscere audet
sed fidem daret verbis magistri
quousq3 oia audisset. Sicq3 iam
per seipsum rationem eor inue/ I
nire posset. Has septem artes tā
to studio qdam didicisse dicunt:
vt plene in memoria omnes te/
nerent: & statim singula ear para
ta haberent scilicet regulas & ra/
tiones que in illis artibus ɔtinē/
tur Et hinc accidit: tot eo tempo
re fuisse sapiētes: vt ipsi plura scri
berent q̃z nos legere possemus.
Sed vt ait ibi Hugo: nostri sco V
lares aut nolūt: aut nesciunt: mo
dum congruum in discendo: iō
multos studētes inuenim9: pau/
cos sapientes. Monendi ergo
sunt scolares: vt studeāt affectua
liter siue feruenter: continue siue
perseueranter: artificialiter & re/
cte siue ordiabilr scilicet ob amo
rem vere sapientie: put hortatur X
sapiens puer. i. Si quesieris ea3
quasi pecunia3: & sicut thesauros
effoderis: tūc scientiam dei inue/
nies. Et hoc exemplo antiquorū
phorū: de quibus Hugo vbi. s.
dicit qp soli se philosophie dedica
bant: & vt eo cōtemplationi libe
rius vacarent. quo min9 q̃ virtu/

tem impedire ſolent cupiditatib⁹
animū ſubieciſſent: ab eis ſe om
nino ſubtrahebant. Parmeni-
y des iquit philoſophus annis qn
decīz in rupe egiptiaca cōſediſſe
legitur. Et prothotheus ob imo
dicam meditandi curā: in mōte
Cauaſo vulturi expoſit⁹ memo
ratur. Et Themiſtocles: cum ex
pletis centum annis ſe mori cer
neret: dixiſſe fertur: ſe dolere: ꝙ
tūc egrederetur e vita quādo ſa
pere cepiſſet. Simil'r Plato oc
tuageſimo anno ſcribens mor-
tuus eſt. Et Socrates nonagin-
ta annos in docēdi ſcribēdiq̄ la
bore ⁊ dolore compleuit. Et hec
Z ſumit Hugo a Hieronimo ep'la
xxxiij. vt ipſe ait ibi: alij calcabant
honores: alij ꝓiciebāt diuitias
alij acceptis iniurijs gaudebant
alij penam ſpreuerunt: alij contu
bernia hominū deſerentes: vlti
mos receſſus ⁊ ſecreta heṙmi pe
netrantes: ſoli ſe philoſophie de-
dicauerunt: vt eo contemplatiōi
vacarēt liberius: quo nullis que
virtutis iter impedire ſolent cupi
ditatibus animū ſubieciſſent. vn̄
narrat Hiero. vbi. ſ. ⁊ ſimiliter
A ep'la. cxxvi. de philoſopho: qui
multarum poſſeſſionum preciuz
proiecit in pelagus. Abite inquit
in profundum male cupiditates:
ego vos mergam: ne ipſe mer-
gar a vobis. philoſophus inquit
Hiero. glie aial popularis auri
vile mancipium: totaz ſimul ſar

cinam depoſuit. Qđ non faciunt
multi ſcolaſtici xp̄o credētes: ſed
potius aggregant ⁊ cumulant cu
piditates: que vt ſepe ſubmergūt
eos. Mira ergo ſtudioſitas an-
tiquorum. Nā vt ait Hiero. ep'la
lxv. quoſdaz mūdi ph̄os legim⁹
vt totam cogitationem ad mentꝭ
cogerent puritatem: ſibi oculos B
eruiſſe. Et de miro eorum ſtudio
Vale. li. viij. c. vij. dicit: ꝙ Char
naydes laborioſus ⁊ diuturnus
ſapientie miles. Siquidē nongē
tis expletis annis idem illi vi-
uendi ac ph̄andi finis fuit: ita ſe
mirificum in doctrine operibus
addixerat: vt cū cibi capiendi cā
recubuiſſet: cogitationibus inhe
rens: manum ad menſam porri-
gere obliuiſcereť. Sequitur. Ani
mo ergo tantūmodo vita frue-
batur: corpe vo quaſi alieno: cir
cūdatus erat. Ibidez etiā narrat
de multis alijs. de quibus in tra
ctatu de vita philoſophoꝝ. ſcilicꝫ
in compendiloquio. ¶ De miro
autē ſtudio Euclidis narrat Au C
lus gelius li. vij. c. iiij. di. ꝙ cum
Athenieñ. decreto cauiſſent: vt q
megharis ciuis eēt: ſi intuliſſe pe
dem Athenis ꝑſcius eſſet: ea res
ſibi capitalis eſſet. Tunc Eucli-
des: vt audiret Socratē ſub no-
cte anteq̄ adueſpaſceret: tunica
longa muliebri indutus: ⁊ palio
verſicolore amictus: caput vela-
t⁹: de domo ſua megharis: Athe
nas ad Socratem ꝯmeabat: vt

vel noctis aliquo tempore consi
liorum sermonũqꝫ eius ꝑticipes
fieret: rursusqꝫ sub luce: milia pas
suum paulo amplius viginti: ea-
D dem veste illuc tect⁹ redibat. At
nũc ait Aulus gelius: videte phi
losophos vltro currere vt doce-
ant ad fores iuuenũ diuitũ: eosqꝫ
sedere ac opiri ꝓpe ad meridiez:
donec discipuli vomitu omne vi
nuz edormiant. Scolastici ergo
stimulati exemplis philosophoꝝ
sint quieti a tumultibus cupidita
tum: ⁊ negociationũ: ⁊ studeant
vere phie: vt apprehendant legẽ
dei ⁊ acquiescant ꝯsilio sapientis
E Ecc. xxxiiij. Sapientiã scribe tꝑe
vacuitatis: ⁊ qui minoratur actu
apprehendet illam. ⁊c. Beat⁹ in-
quit sapientia q vigilat ad fores
meos quotidie: ⁊ obseruat ad po
stes hostij mei. prouer. viij. Qui
eniz sic vigilat sedulo studio: gra
tia dei sapientiam assequet. vnde
sequitur ibi. Qui me iuenerit in-
ueniet vitam. ⁊c.

¶ Capitulum nonũ. Quales eẽ
debent discipuli: quo ad vite ho-
nestatez.

Ex dictis patet: quales eẽ
debent scolastici quo ad
vite honestatem. Debẽt
enim esse a vitijs prenominatis
F immaculati: ⁊ virtuosis morib⁹
maturi. vnde ⁊ philosophi antiq
instruebant discipulos q̊ ad mo-
res. Ait Hierony. epl'a. xxxiiij. ꝙ
hypocrates adiurabat discipulos
anteqꝫ eos doceret: ⁊ in v̓bis su-
is iurare ꝯpellebat: sacramẽtoqꝫ
extorquebat: silentij sermonẽ: in-
cessus mansuetudinez: moresqꝫ.
Quãto magis nos: ꝓut ibi ꝯclu-
dit: vniuersam eniz philosophiã
reuocauit Socrates ad mores
ꝯponẽdos: ait Señ. epl'a. lxxviij.
G ⁊ Augu. viij. de ci. c. iij. di. ꝙ So
crates primũ ad cõponẽdos mo
res atqꝫ corrigendos: vniuersaz
philosophiam flexisse memorat.
Idem ait Tuli. li. v. tuscu. q. post
principiũ. ¶ Magna ergo ignomi
nia est scolastico iugiter audicti
precepta ⁊ regulas philosophie:
nisi fuerit morib⁹ maturior ⁊ ho
nestior: qꝫ layc⁹ qui nihil tale au
diuit. ¶ Sunt ẽt alia ꝓficua sco-
lasticis q̃ Boe. enumerat vbi. s̃.
H sicut ꝯstantie stabilitudo. Quia
vt ait ibi. Constantia parit: incõ-
stantia parta dissoluit. prima col
ligit: secũda collecta dispergit. Et
ibi exemplificat de quodam: qui
primo voluit esse litterat⁹ siue sco
lasticus: deinde fastidit⁹ fuit mer
cator: postea tedio affectus se ad
militiam transtulit: deinde terri-
tus iterato studijs ihiabat. Et sic
in neutro ꝓfecit. ¶ Item vtile ẽ
scolasticis vt sit complexionum
suarum discreta ꝯsideratio. Alr
I enim laborare debent malãconi
ci: aliter colerici: ꝓut exemplifi-
cat ibi bene. ¶ Itẽ debet esse in
eis magistroꝝ dilectio ⁊ venera-
tio: ac illis credulitas siue suppo

ſitio:ꝛ cū eis māſio ſiue cohabi/
tatio.❡Mulierum ēt vetulaꝝ aut
lotricū rara aut nulla acceſio:ſer
uoꝛuꝫ bilinguiuꝫ:ꝛ detrahentiuꝫ
K exclusio:bonoꝛum socioꝛum ꝛ fi
deliū adheſio:ſūptuū ſufficiens
ꝓuiſio.De quibꝰ omnibꝰ ꝓſequi
tur ꝓlixe.Boe. ibidem introdu/
cens exempla de pꝛedictis:Pꝛe
dicatoꝛ ergo diuinus cōferēs cuꝫ
ſcolaſticis de pꝛedictis:hoꝛtetur
eos ad ea que ſunt vtilia dehoꝛ/
tando ꝯria.

❡ Secūda diſtinctio.De infoꝛ/
matione doctoꝝ.

❡ Caplm̄.i.Quales aſcendere
debent graduꝫ magiſtralem.

Einde ſunt admonē/
di doctoꝛes de his q̄
ſpectant ad eoꝝ offiñ
❡ Et pꝛimo vt ſit ad
tale offiñ honoꝛabiliſ
acceſſio.❡ Deinde vt ſit vite ꝛ
L moꝛuꝫ perfectio. ❡ Tertio vt ſit
doctrine vitaꝗ rectitudo. ❡ De
pꝛimo ſciendū:ꝙ nō debet gra/
dum magiſtralē aſcendere : niſi
ſit pꝛeditus ſcientijs ꝛ clarus vir
tutibus:ait Boe.vbi.ſ̄.di.ꝙ cuꝫ
ad magiſtratꝰ excellentiam bone
indolis iuuenis aſcendere velit:
conſiderandū eſt:vt ſciat que ad
tanti nominis pertinēt reuerētiaꝫ
vt queqꝫ ſcita vel queſita exꝓme
re noſcat:ꝛ ne ſcriptoꝝ confiden
tie totaliter ſe comittat:vt libꝛoꝝ
copiam acquirat:ꝛ eos cū opus
fuerit ꝯſulat:nec tamen omnino
credat ſcilicet ſufficere:qꝛ miſerri
mum eſt ingenij ſemper iuentis
vti.ꝛ nūqꝫ inueniendis.Et ibi ꝓ
ſequitur de modo quo ſolebant M
antiqui magiſtrari ſiue incipere
in facltatibꝰ Athenis vel Rome
enumerans que cauenda ſunt ta
libus necnō ꝛ q̄ neceſſaria.❡Ma
ioꝛ enim eſt ignominia imperito
ꝛ ydiote:ad gradū magiſtralem
aſcendere.qꝫ in ſtatu diſcipuli re
māere:nec dicatur ei.ro.ij. Qui
aliuꝫ doces:teipſum non doces.
Ideo eccle.xvi.Anteqꝫ loquariſ
ſcilicet docendo:diſce:audiendo
Jaco.iij.Nolite plures fieri ma
giſtri.Cum aūt factus eſt magi
ſter ꝛ doctoꝛ:opoꝛtet vt moꝝ ho N
neſtate polleat:ait Boe.ibi.Sit
inquit in ſermone verax: in iudi
tio iuſtus:in conſilio ꝓuidus:in
cōmiſſo fidelis ꝛ conſtāꝭ in vul
tu:pius in affectu:virtutibus inſi
gnis:bonitate laudabilis.Seqꝉ.
Nulla ſiquidem res magis ē pe
riculoſa diſcipulo: qꝫ cōtumelio
ſa vita magiſtri.Et ponit exēplū O
Infuſa eniꝫ ſepe ꝯfundi videmꝰ
ex fetido vaſe.vas enim fetidum
coꝛrūpit aq̄ſ.Cōſimiliter doctria
vileſcit ex ignominioſa vita doc
toꝛis.Qui ergo vult ꝓdeſſe audi
toꝛibus ſuis:v̓tuoſe viuat:vt eos
infoꝛmet.Et de hoc bene Sene.
epiſtola.vij.dicit:ꝙ plus homieſ
oculis qꝫ auribus credūt. Lon P
gum enim iter per pꝛecepta:effi
cax ꝛ bꝛeue per exempla.zenonē

enim Cleantes nō expressisset si tantū eū audisset. obseruauit illū vt ex forma viueret. Seqt. Turba sapientum plus ex morib⁹ q̄ ex verbis Socratis traxit. Ignominiosa enim vita doctoris facit eū ɔtemptibilē apud discipulos: ⁊ ex consequenti doctrinā ei⁹. Ut enim ait Tulius li.ij. Tusc.q. Si cū vita pugnet orō: turpissimuꝫ est scilicet philosopho. Sicut si grāmaticū ꝓfessus barbare loq̄tur. Aut absurde canat: q vult se habere musicum. Sic ⁊ philosophus in vite rōne peccans: turpior: eo q in officio cuius vult esse magister labitur: artēq vite professus delinquit in vita. Et sicut illius cuius vita despicitur restat vt eius predicatio contēnat̄ ꝓut ait Grego. super euange. libro. ij. omel. vi. sic ex parte ista: cum docentis vita despicitur: eius doctrina cōtemnitur. Iō summe laborare debet: vt habeat vitam honestam qui vult prodesse auditoribus. Multū enim obest discipulis discola vita magistri. vnde Hiero. ep̄la. lxxxix. Magister ꝓbe etatis ⁊ vite eruditiōisq eligēdus ē. Nec puto erubescit doct⁹ vir illud facere in ꝓpiqua vel nobili virgine: qd̄ fecit Aristoteles in Philippi filio: vt ipsa librorū varietate: initia monstraret litterarum. Non sunt cōtemnenda quasi parua: sine quibus constare magna nō possunt. Sequitur. Grecoꝝ narrat historia: Alexādrū potētissimū regem: morib⁹ ⁊ incessu Leonidis pedagogi sui non potuisse carere vitijs: quib⁹ adhuc paruulus fuerat infectus. Procliuis enim est maloꝝ emulatio: ⁊ quoꝝ v̄tutes asseq nescis vitia imitaris. Periculosa igitur discipulis peruersa vita doctoris. Prouideatq doctor: vt recte et artificialiter doceat quemlibet ꝫ capacitatē suam: ⁊ ꝫm cuiuslibet artis exigentiam ꝓut habitum ē s. v n̄ Boeti⁹ vbi. s̄. Doctor tenetur esse erudit⁹. Pri⁹ eniꝫ oportet vt discat q̄ doceat. Debet esse mansuetus: ꝓut oportunum est. Debet esse rigidus: vt lites dissolnat. oblatrantes remordeat: oblo quentes reprimat: ꝓteruientes. castiget. Debet esse diligens. Nā sicut in vno quoq ope mater cōstātia inuenit: ita vniuerse doctrine nouerca ē negligentia. Et debet esse nō arrogans: ꝓut de omnibus ꝓsequit̄ bene. Boe. vbi. s̄. Magna ergo ars ē sic recte docere quēlibet ꝫm suam ɔditionē ⁊ capacitatē: ⁊ in qualibet arte ex ꝓprijs loco ⁊ tempore. vt eni ait Grego. mora. vi. in fi. In oē qd̄ dicitur: necesse est vt causa tp̄us ⁊ persona pensent̄. Si verba sententie veritas roborat. Si hoc: tp̄us congruum postulat. Si veritati sententie: ⁊ cōgruitati temporis: persone qualitas non repugnat. Moneat ergo predicator

doctores de predictis.

¶ Capl'm.ij. Quales libros habere debēt studentes.

Scolastici vō tam doctores q̄ adiscentes admonendi sunt de artificioso studio in libris. Ait Sen̄. epl'a. ij. Distrahit animū librorum multitudo: ita ꝙ cū legere non possis q̄tū habueris: satis est habere q̄tum legas. Sed mō inquis hūc librū euoluere volo: mō illū. Fastidientis est stomaci: multa degustare. Que vō varia et diuersa sunt: inquinānt non alūt. Probatos itaq; semp lege. Et si quando ad alios diuertere libuerit: ad priores redi. Monet ergo: vt sit diligens inspectio: et inspectorū impressa rememoratio. vñ idem epl'a. xlvi. Non refert q̄ multos sed q̄ bonos habeas libros. Lectio certa prodest: varia delectat. Multitudo librorum onerat non instruit. Et satius est: paucis auctoribus te tradere q̄ errare per multos. Nam decē milia librorū Alexandrie asserūt. &c. Cum ergo inumerabiles sint libri nō potest homo peruenire ad omnium inspectionē. Stude igitur in auctenticis et vtilib⁹. Non enim est finis faciendi libros: Eccle. xij.

¶ Capitulū. ij. Qd̄ cauēde sunt noxie scientie.

Sed cum alie sint scientie noxie: alie vtiles: scolastici admonēdi sunt: ne vtant noxijs: sed studeant in fructuosis et vtilibus. Ait Aug. ij. de doctrina xp̄iana. ante fi. vt mihi studiosis et ingeniosis adolescentibus debere p̄cipi: vt nullas doctrinas que preter eccli'aȝ xp̄i exercentur: tanq̄ ad beatam vitaȝ capescendaȝ sequi cohibeant: sed eas sobrie diligenterq; diiudicēt. Sequitur. Alienēt studiū a superfluis hominum institutis. &c. Est enim sapientia desursum descendens: et est terrena: animalis dyabolica. Jac. iij. Illam celesteȝ debēt appetere et exquirere. Ac oēs scientias ad eam dirigere: et cauere ab aiali dyabolica et terrena.

¶ Capl'm quartū. Qua intentione debet homo studere.

Tem sunt admonendi: vt recta intentione sciam acquirant. et recto modo ea vtant: non se ex scia eleuando sed potius humiliādo. Scientia enim inflat. i. cor. viij. Et in multa scientia: multa indignatio. primo. Et d̄ hoc bt̄. Ber. sup Can. Omel'. xxxv. Est inquit in se oīs scia bona: que tamē veritati subnexa sit. Sequit. Non probatur Apo. qñ ait. non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Ro. xij. Nō probatur inquam multa scientem: sed sciēdi modum nescientem. Quis ergo dr̄ modus sciēdi: nisi vt sciat quo ordine: quo studio: quo fine queq; nosce oporteat? Quo ordi

ne: vt id prius qđ maturius ad sa
D lutem. Quo studio: vt id ardenti
us qđ vehementius ad amorem
Quo fine: vt non ad inanez glo
riam vel curiositatem: sed ad sui
⁊ proximi vtilitatem ⁊ edificatio
nem. Sunt eni qui scire volũt eo
fine tm̃ vt sciant. Et hec: turpis
curiositas. Et sunt qui scire volũt
vt videãtur scire. ⁊ turpis est va-
nitas. De quib⁹ Satyrus. Scire
tuũ nihil aliđ est: nisi te scire hoc
E sciat alter. Et sunt q scire volunt
vt sciam vendant pro pecunijs ⁊
honoribus. ⁊ turpis est questus.
Et sunt qui scire volunt: vt edifi
cent: ⁊ edificent: ⁊ est prudentia.
Et hi duo modi vltimi nõ inueni
unt in abusione scie. Alij. đo om
nes audiant q: scienti bonũ face
cere ⁊ non facienti: peccatum est
ei. Jac. iiij. ⁊. Luce. xij. Seruus
sciens voluntatẽ dñi sui ⁊ non fa
ciens: plagis vapulabit multis.
Et ponit Ber. exemplum bonuz
Cibus idigestus ⁊ q nõ hz bonã
F decoctionez: malos generat hu-
mores: ⁊ corpus corrũpit. Ita sci
entia multa idigesta: stomaco aie
q est memoria si nõ sit igne cha-
ritatis decocta per actus aie i me
moriam trãffusa: magis corrum
pit vitam hoĩs q̃z nutriat: vt talis
dicat. Hiere. iiij. Uentrem meuz
doleo. Scolasticus ergo q̃z diu ẽ
discipulus acqrat sciam studiose:
qñ est doctor doceat artificiose: ⁊
semper vtat scientia recto fine ⁊
intentione.

Capitulũ quintum. Qualiter
est studenduz specialiter in sacra
scriptura.

Et qa sacra scriptura est
ois scientie cõtentiua: p G
ut ait Augusti. ij. de doc.
xpiana i fine. Quidqd hõ extra
didicerit: si noxiuz est ibi damna
bitur. i. in scia scripturarum: si vti
le est: ibi inuenitur. Et idem epl'a
iij. dicit: q nulle lr̃e comparãtur
duobus dñi preceptis in quibus H
omnis ars est. Ibi eni est phia:
q: cause naturarum omniũ i deo
Ibi ethica: q: non aliunde bona
vita format nisi deum diligendo.
Ibi logica: q: lumen aie: non ni
si deus. Ibi salus reipublice: qa
ciuitas non custodit nisi vinculo
fidei. Ideo omnes admonendi
sunt ad studium sacre scripture.
Ait ipsa sapia inuitans ad hoc p
uer. viij. Audite me: quoniam de I
rebus magnis locutura sũ. ⁊ ape
rientur labia vestra: vt recta pre-
dicent. veritate meditabit guttur
meũ. ⁊c. Et sicut ipsa excellentior
est oi alia scia vel phia: sic studẽs
in ea: debet esse perfectior studẽti
bus in alijs scientijs: ⁊ eius stu-
diositas ordinabilior. Qual'r
autem sit studendum in ea: docet
Hugo. bñ didascolis. pte. v. vbi
ait. q scriptura diuina triplicẽ ha
bet modũ intelligendi. s. quo ad
historiam que est quasi alphabe K
tum. Quo ad allegoriam: ⁊ q̃ ad

tropologiã. ¶ Quart. etiam stu dendum sit in sacra scriptura ƀz hos modos ꝓsequit ibi bñ. Vñ studens in ea non confidat ꝺ acu mine igenij: nec de sbtilitate scru tinij: nec de sedulitate studij: sed bonitate dei: ac pietate oratio/ nis siue oraculi ⁊ humilitate cor dis intimi. Ait enim filius dei ad patrem Math.xi. Abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudentibus ⁊ manifestasti ea paruulis. Et ps Intellectum dat paruulis. Et sa/ pientie.vij. Optaui: ⁊ datus ẽ mi hi sensus: Inuocaui: ⁊ venit in me spũs sapie. Unde narratur i collationibus Cassiani de abba/ te Theodoro: ⁊ idẽ Cassiodorus de institutione scripturarum: ꝙ cũ explanationẽ obscure questio nis inquireret septem dieb⁹ ⁊ no ctibus: in oratiõe infatigabilis p/ stitit. donec solutionem eius do/ mino reuelante cogitauit: Ideo ait Cassianus: Monachum cu pientem ad scripturarum noti/ ciam pertingere: nequaꝗ̃ debeꝫ labores suos erga comẽtariorũ libros expendere: sed omnem in dustriam mentis ⁊ intentiõe cor dis erga emẽdationẽ vitiorũ car nalium detinere. Quibus expul/ sis cordis oculi: sublato velamie passionũ: scripturarũ sacramẽta contemplanꝫ. Et ponit exemplũ de oculis corporalib⁹ ⁊ lumine vi sibili: quod intuenꝫ oculi natura/ liter: ablatis vitijs oculorum. Cũ vera ergo humilitate: cũ cordis sanctitate: orationis puritate: ⁊ operis eqtate auditor scripture sa cre in ea studeat. Ecc.i. Fili con/ cupisse sapiam: ⁊ serua iustitiam ⁊ deus prebebit eam tibi. Et stu/ deat ordinate ⁊ artificialiter prio in faciliorib⁹. s. in historia scriptu re perficiẽda. Et quia res in scri/ ptura sunt significatiue: deinde studeat in difficilioribus intelligẽ tijs: vt pertingat ad profundiores ⁊ altiores. Ut enim ait Hgo. vbi .s̃. instruendus est studens. s. in scriptura sacra. quod caueꝫ debe at: deinde informandus: qualiter que sunt agenda perficiat. Nam duo inqt pares ingenio equales studio lectioni intendunt: sed nõ equaliter perficiunt: qr vnus dis/ creti⁹ ⁊ prudẽti⁹ laborat. ¶ Sũt enim tria que nocẽt studijs legẽ/ tium. s. negligentia: qñ ea que sunt discenda pretermittunꝫ. Im prudẽtia: qñ ordo congru⁹ ⁊ mo dus in discendo nõ seruaꝫ. Et for tuna: quãdo paupertate vel infir mitate aut doctorum priuatione quis a ꝓposito retardatur. Et sic studeat vt opereꝫ ait ibidẽ. Nec sic eũ lectio teneat: vt a bono ope vacare compellat. Xp̃iano enim pho lectio: exhortatio debet eẽ non occupatio. Et bona deside/ ria debet pascere nõ necare. Ubi narrat de quodam probabilis vi te: q multũ flagrabat amore scri pturarum. Et desiderio sapie fer

uens:Inspectis imprudenter sim
plicioribus scripturis cepit:profū
da ⁊ obscura rimari:⁊ enigmati/
bus scripturarum enodandis:ac
mysticis sacramentorum intelle/
ctibus insistere. Sed mens hu/
mana non sustinens tantuꝫ pon
dus:non solum ab vtilibus: sed
R ⁊ necessarijs artibus cepit cessare
versoqꝫ vento in contrarium:ex
scripturis occasionem erroris ha
buit:qbus vti non nouit mode/
ramine discretionis.Sed misera
tione diuina tandem per reuela/
tionem est monit⁹: qualiter am/
plius earū scripturaruꝫ studio in
cumberet: si sanctorū patrum vi
tam:⁊ martyrum triumphos fre
quentare consuesceret. Sicqꝫ in
breui:ad statum pristinum est re
ductus.Ideo ꝓuer.xv. Sicut q
mel multum comedit non est si/
bi bonum. sic q scrutator est ma
iestatis opprimet a glia. ¶ Per
S gradus ergo ascendat: qui sūt le
ctio siue doctrina.meditatio:ope
ratio:oratio:contemplatio: Le/
ctio enim intelligentiā dat:medi
tatio cōsilium pſtat:oro petit:con
templatio inuenit: prout dicit ibi
Hugo.prosequens de his bene.
Audiēs ergo scripturas ⁊ studēs
in eis: ope ipleat que audit. Sic
fecit Pamphrutius abbas:d q
legitur li.xiiij. hystorie tripartite.
ꝙ cū esset sine litteris: accessit ad
T quendam vt doceret. Qui cum
audisset primum versum illi⁹ ps:

dixi:custodiā vias meas ⁊c. Se/
cundum versuꝫ nō est passus au
dire dicens. Si potero hoc iple/
re:hic versus mihi sufficit hmo
do. Cumqꝫ doctor postea culpa/
ret eū: ꝙ per septeꝫ mēses ad eū
nō venisset:rñdit: versuꝫ illū ad/
huc ope ñ ipleui postea v̓o reqsi
t⁹ an v̓sū illū didicisset ⁊ ope cō/
pleisset: quadraginta inquit ānis V
vix illud implere valui.Ad exem
plum ergo istius:vir scolastic⁹ in
sacra scriptura studens: ope im/
pleat que audit: vt ex ope augeat
sapientia. Pie enim agentibus
dedit sapientiam. Ecc.xlij. Et si/
cut studentes in alijs scientijs ca
uere debent a peruersa intentiōe
sic in sacra scriptura studēs. ⁊ eo
magis:quo ipsa perfectior.Quia
sunt nonnulli qui diuine scriptu/
re scientiam appetunt:vel vt diui
tias agregent:vel honores opti/
neant:vel famā acqrant. Quoꝝ
intentio q̄stum peruersa tantū est
miseranda.Sunt ⁊ alij:quos au X
dire verba dei delectat: ⁊ opera
non quia salutifera: sed qꝛ mira/
bilia: ⁊ diuina ꝓconia in fabulas
conuertunt. Et sunt q sacraꝫ scri
pturam legunt: vt sint parati om
ni poscenti reddere rationem de
fide:vt inimicos veritatis destru
ant:minus eruditos istruant: viā
veritatis perfectius agnoscant:se
creta dei altius intelligant: arcti⁹ y
ament:quorū deuotio laudanda
primi sunt miserandi:secūdi in/

uandi: tertij laudandi: ait Aug. vbi. s. Predicator ergo diuinus alloquẽs ſcolaſticoſ: dʒ explorarẽ in qbus ſciẽtijs ſtudeãt ⁊ laborẽt ⁊ prout expedire viderit: cuʒ eis conferat de predictis.

¶ Sexta pars principalis. De inſtructione religioſorum.

¶ Prima diſtinctio. De religionis prima inſtitutione.

c Numeratis modis qbus poteſt predicator diuinus conferre cuʒ viris ſcolaſticis: nunc Saluatore illuminãte: ⁊ docente: videndũ eſt de modis alloquẽdi viros monaſticos ſiue religioſos: ⁊ cum eis conferendi cõſilium ad ea que ſunt eis ꝓpria ſiue appropriata. Et quia de vita religioſorum ⁊ virtutibus dẽterminatur a beato Grego. libro dial. ⁊ in vitis patrum: ⁊ collationibus eorum: ⁊ in libro q dicitur paradiſuſ: ideo hic breuiter dicet de cõibus ⁊ generalibꝰ: vt det ſaltem occaſio ſapientibus.

¶ Primo igitur videndum de ſacre religionis primaria inſtitutione.

¶ Secũdo de vite religioſe eminentia ⁊ dignitate.

¶ Tertio de virtutuʒ perfectiõe in quibuſ principaliter dicitur religio conſiſtere. ſ. paupertatis: caſtitatis: ⁊ obedientie.

¶ Quarto: de quarundaʒ aliaꝝ virtutum neceſſitate: ad perfectam obſeruantiam ſacre religionis.

¶ Quinto de ſacre religiõis cõmoditate ⁊ vtilitate i hac vita.

¶ Sexto: de premij bonoruʒ religioſorum magnitudine.

¶ Septimo de male viuentiuʒ in ſacra religione peruerſitate

¶ Octauo: de pene eorũ vel tormenti grauitate.

¶ Caplm primuʒ. Quid ſit religio: ⁊ vnde dicatur.

o E primo notandũ: ꝙ cũ religio vera: ſit qua deus vnus colitur: ⁊ pregatiſſima pietate cognoſcitur: vt ait Augu. de vera religione poſt principium. Siue religio non aliud niſi cultus diuinus: vt ait idẽ. x. de ci. c. i. Eſt eni religio q̃ ſe aĩa vni dõ vnde ſe ſe peccato ſubreperat reconciliatione ligat vt idem ait de quãtitate anime. Unde religio appellatur: ꝙ ea religemꝰ vni deo animas noſtras ad cultum diuinuʒ vinculo ſeruiendi: vñ religio dicta ꝓhibet a reeligẽdo deũ. Amiſeramus eni euʒ negligentes: ait Pap. Cum inqꝫ religio ſit talis: tamen hic fit mentio de religiõe prout eſt ſupererrogatio deuotionis cultus diuini in adimpletione cõſilioruʒ euãgelicoꝝ. Cui poteſt cõuenire diffinitio Tulij rhetorica prima. li. ij. vbi ait. Religio eſt que ſuperioris cuiuſdã nature quam diuinam vocant curã cerimoniãqꝫ affert. Et eidem conue

Z A B

nit quod ait Aug. de vera religione Religio est studiũ sapie. Hec eni est vera sapia: adimplere cõsilia euangelica.

¶ Caplm secundũ. De institutione ꝛ ortu religionis.

Eligiosorum conuentuꝫ primus Samuel instituit iugiter psallentiũ domino. vt ait magister in historijs super illud. i. Reg. x. Obuiuꝫ habuit gregem pphārum descēdē
C tium de excelso: ꝛ ante eos psallentium. ꝛc. Et dicebant prophetare. i. laudare deũ iugiter: ait ibi magister: Et religiosorum personam gesserunt pphe: ait Hiero. epla. xlij. Filij inquit pphetarum quos mõachos i veteri legimꝰ testamento: edificauerunt sibi casulas prope fluēta iordanis ꝛ vrbibus derelictis: polēta ꝛ herbis
D agrestibus in heremo victitabāt Unde ꝛ Johannes Baptista: in heremo vixit: cui vestis aspera: zona pellicea: mel siluestre. omnia virtuti ꝛ continentie preparata. Deinde dei filius: qcum esset diues omniuꝫ: factus ppter nos egenus: sacram religionem veraciter instituit: ꝛ augmentauit
E quando pauperes elegit: diuites in fide: vt eum relictis omnibus sequerent. Mat. v. Uenite pꝰ me De quo ꝛ ipsi gloriāt. Mat. xix. Ecce nos reliquimus oia. hoc eni est apostolici fastigij: ait Hiero. epla lxxxviij. Et hoc fecit eos apostolos: ait Criso. super Mat. Omel. xlvj. Antiqua igitur institutio sacre religionis ordinata ꝛ autentica est.

¶ Secunda distinctio. De religionis eminentia.

¶ Capitulũ primum. Quo patres antiqui modum hunc viuēdi preelegerunt.

X predictis patet eminentia ꝛ dignitas religionis: siue vite religiose: quam xps pre- F
e elegit: discipulis tribuit. ꝛ alijs predicauit. Math. xix. Si vis perfectus esse: vade ꝛ vēde oia que habes: ꝛ da pauperibus. ꝛc. Unde talem vitam duxerunt Apostoli post ascensionem domini Saluatoris. quando nullus dicebat aliquid esse suum sed erant illis oia cõia. Act. iiij. Similiter talē vita habuisse creden- G
tes in Alexandria sub Marco euangelista narrat Philo vir doctus li. i. historie ecclesiastice. c. xvi. Ubi mira dicit d vita eoꝝ. Primo inquit omnes renũtiabāt cõctis facultatibus: ꝛ extra vrbem egressi: i hortulis vl exiguis agellis degebāt: refugientes iparis ppositi: ꝛ vite dissimilis contubernia: sciētes: hec esse ipedimēta: arduũ volentibus iter virtutis incedere. Et sequitur ibi: multa enumerās que in nostris inquit exercentur monasterijs. Continentiā H
velut primum fundamentuꝫ in

aia collocans: ⁊ ita deinde reliq̃s
super hanc peragũt edificare vir
tutes. Cibuꝫ potũqꝫ nullus coꝛ
capit ante solis occasuꝫ: tpe vide
licet lucis cũ prophetie studijs:
curam v̇o coꝛpoꝛis cuꝫ nocte so
ciantes: nonnulli post triduuꝫ in
cōionē veniunt cibi. Quos v̇o
edatioꝛ studioꝛum fames perur/
get: alij quarta die vel sexta: necei
sarium coꝛpoꝛi indulgent cibum
Et sequit̃ ibi. ꝙ apud eos conse/
I crate virgines: indignũ ducebāt
libidini mancipare vas ad capiē
dam sapientiam pꝛeparatuꝫ. Se
oꝛsum viri: ⁊ seoꝛsum femine cō/
gregant̃. Uinum nemo gustu cō
tingit: sed nec quanlibet carnem
tm̃ autem panis ⁊ aque poculuꝫ
cuꝫ sale vel ysopo cib⁹. Et ibi alia
multa narrat. Et de hoc cassian⁹
ij. collationũ. di. ꝙ in pꝛimoꝛdijs
fidei pꝛobatissimi monachi a bea
to Marco: q post Alexandrine
K vrbis pontifex fuit: noꝛmam su/
sceperunt viuendi. Non illa ma
gnifica: vt in actibus ante retine/
bant: verum etiã multo subtilio/
ra cumulauerunt. Ideꝫ habetur
libꝛo pꝛimo historie tripartite an
te finem.

Capitulũ secundũ. De religio
nis eminentia.

Erito ergo eminens est
m ⁊ excellens vita religiosa
prout ait Ber. in sermōe
de natali loquens de paupertate
filij dei. Nasciturus inquit dei fi/
lius elegit quod molestius fuit
carni: qꝛ natus in paupere domo
⁊ sic de alijs. Sed non tale indici
um mũdi: aut ergo iste falax: aut L
mundus. Sed diuinam impossi
bile est falli sapientiam. Melius
ergo ⁊ vtilius ⁊ potius qḋ ipse ele
git: ita vt quisqꝫ aliqd doceat vl
suadeat ab eo tãqꝫ a seductoꝛe sit
cauenduꝫ. vnde vt ostenderet fi
lius dei volũtarie paupertatis p̃/
ciositatē elegit eam: ꝓut ait ideꝫ
Ber. i sermone ḋ vigilia natiuita
tis. Quid inqꝫ paupertate ditius
Quid preciosius: qua regnũ ce/ M
loꝛum emit̃ gratia acgritur. Et in
alio sermone ait: ꝙ in celis bo/
noꝛum omnium affluentia sup/
petebat: sed paupertas non inue
niebat̃ in eis. Poꝛro in terra ha
bundabat ⁊ superhabundabat:
⁊ nesciebat homo precium eius.
Hanc ergo dei filius ꝯcupiscēs
descendit: vt eam eligeret sibi: ⁊
nobis: sua estimatione faceret p̃/
ciosam. Mira ergo fatuitas de/
trahentium paupertati volunta/
rie ꝓpter xp̄m assumpte: quã sic
ipse elegit ⁊ preciosam oñdit. Cũ
omnia relinquere pꝛopter xp̄um N
sit melius: qꝫ monasteria extrue
re: vel pauperes sustentare: vt ait
Hiero. epistola. cxv. loquens ad
Nepotianũ. Extruis inquit mo/
nasteria multis a te per insulas
Dalmatie pauperuꝫ numerus su
stentatur. Sed melius faceres: si
⁊ ipse sanctus inter sanctos viue

res. Sequit. Apli gliantur: q̄ oīa dimiserunt: ⁊ secuti sunt saluatorē Et certe preter rhetia ⁊ nauē nihil eos legimus dimisisse: ⁊ tamē testimonio futuri iudicis coronātur: q̄ se offerentes: totum dimiserant qd̄ habebant: Plane ergo h̄ ait: meli⁹ eē relinquere omnia ꝑpter deū: q̄ expendere res possessas in vsus pauperum siue in extructionē monasterioꝝ. Nō enim solū retribuit deus pauperi voluntario propter deum q̄titatem eorum que reliquit: sꝫ eorum que cōcupiscere potuit. Vn̄ Greg. super euan. li. i. Omel. v. Multum dimisit q sibi nihil retinuit. Sequitur. Tanta a sequentibus sunt dimissa: quanta a non sequentibus concupisci potuerūt Multum ergo dimisit: q cū re possessa oī concupiscentie renunciauit. Sed innumerabilia regna possunt concupisci. Qui ergo ꝑpter deum sua dimisit: ⁊ nihil cōcupiscit: iudicandus est: multa regna propter deum dimisisse. Nō merito retribuendū est sibi regnū celorū. Mat. v. Beati pauperes spū: qm̄ ipsorum est regnū celorum. Et ideo ad vitā religiosam hortat Hiero. in multis locis. Sicut ep̄la. xxxiiij. vbi ait. Licet paruulus ex collo pēdeat nepos: licꝫ sparso crine: ⁊ scisis vestibus: vbera quibus te nutriuit mater ostendat: lꝫ in limine pater iaceat: per calcatū perge patrem: ⁊ siccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus in hac re esse crudelem. Sequit. Gladiū tenet hostis: vt me perimat: ⁊ ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patreꝫ xp̄i militiā deseram: cui etiam sepulturam: xp̄i causa non debeo? Mat. viij. Item Hiero. epistola lix. aduersus vigilantiū. Quod asseris: melius eos facere q vtūtur rebus suis: ⁊ paulatim fruct⁹ possessionum diuidunt: q̄ eos q possessionibus venūdatis simul omnia largiūt: tibi nō a me sꝫ a dn̄o Respondet. Mat. xix. Si vis perfectus esse: vade vende oīa que habes: ⁊ da pauperibus. Ad eū loquit q vult esse perfectus: q cū apostolis patrem: ⁊ nauē: ⁊ rhete dimittit. Sed inqs. Si omnes se recluserint: ⁊ in solitudine fuerint: qs celebrabit ecclias? Quis hoīes seculares lucrifaciet? Cui Hiero. Si omnes fuerint tecū fatui: quis erit sapiēs? Et superaddit. Rara est virtus: nec a pluribus appetit: ⁊ vtinā essent omnes q pauci sunt. Multi enī sūt vocati: pauci ṽo electi. Insinuat ergo: q̄ hoc est virtus. s. vendere oīa ⁊ sequi xp̄m: respectu ei⁹ qd̄ est celebrare missas. ⁊c.

¶ Cap̄m tertium. De distinctione religiosorum antiquorum

Merito ergo vita religiosa appetēda que est vita diuina ⁊ apostolica: vt i ea seruiat

seruiaſ deo in tranquillitate: quaz
appetiere ſancti antiqui in egypto:
⁊ deinde per totum mundū. De
quib⁹ ⁊ eoꝝ vita Hiero. ad Eu/
ſtochiū epl'a. lxxxviii. vbi ait: ꝙ
tria genera mōachoꝝ in egypto
fuerūt ſcilicet Cenobitaꝝ q cōi/
V ter viuebant Anachoritaruz: q
ſoli in deſertis degebant. Et alio
rum. quoꝝ genus dicitur remith
lingua eoꝝ: qui bini vel trini ſi/
mul habitabant. De primis: ⁊ de
vita eorum ait ibidem: ꝙ nullus
in cibo ſtrepitus: nemo ibi loqui
X tur: viuitur pane: leguminibus:
⁊ oleribus que ſolo ſale condiū/
tur. vinū tm̄ accipiūt. Et alia ibi
de eoruz vita: qualia ait Philo
ſuperius. vnde ibi Hiero. Tales
Philo: tales Joſephus in ſecū
de captiuitatis hyſtoria refert. vi
te v̄o Anachoritaruz auctor fuit
Paulus: illuſtrator Antonius:
p̄nceps Joānes Baptiſta vt ait
ibi. Digna eſt igitur ⁊ excellēs vi
ta religioſa. ¶ De cui⁹ excellētia
Y oſtenſum fuit Anſelmo cuz eſſet
quaſi in extaſi: prout dicit libro d̄
ſimilitudinibus in fi. Ait eniz ad
eū angelus. vis videre: quis eſt
verus monachus? Et ille volo.
Et duxit eū: quaſi in ꝯſpectu ma
gni clauſtri ⁊ ſpecioſi. ⁊ ait Cir/
cūſpice. Et aſpexit: ⁊ erant parie/
tes obducti auro ⁊ argento puriſ
ſimo: herba i medio viret: ⁊ ipa
argentea mollis ⁊ redolens: ⁊ vl
tra humanam opinionez delica

ta. Cunq; ibi perpetuo habitare
eligeret: ductor eius ſibi ſpopon
dit: ſi vellet: ſe veram cōſurū pe
nitentiam poſſe ibi habitare. Et
tunc euigilauit. Quam viſionez
ſibi deus oſtendit: vt eſt pie cre/
dendū ad ſui ſolatiū: ⁊ aliorum.
exemplū. Admonendi ſunt ergo
religioſi: vt cōſiderantes religio
nis ſue dignitatez: digne ⁊ hono
rifice viuant in ea.

¶ Capitulū. iiij. De tribus in q/
bus religio cōſiſtit.

c Onſiſtit autem vita reli
gioſa principaliter in tri
bus. Jn voluntaria pau Z
pertate. Jn ſincera caſtitate. Jn
obedientie ſubiectione. Jn quo/
rū figura dictū eſt Abrae Geñ.
xij. Egredere d̄ terra tua: ⁊ de co
gnatione tua: ⁊ d̄ domo p̄ris tui
Jn his enim trib⁹ conſiſtit vite
religioſe p̄fectio. ſ. Jn amoris ab
infimis eleuatione. Jn cordis ⁊
interiorum reformatione: ac libi
dinū cohibitione. Jn deo ⁊ ſum
mis adheſione. ait Aug. epiſtola
lxxxiij. Et ſummū eſt ipſa v̄itas:
infirma natura: nec beatum nec
miſerum eſſe poteſt quod media
inclinatione ad īfimū: miſera cō
uerſione ad ſummum btē viuit.
Qui ergo in xp̄m credit: nō dili A
git infimū: nō ſuperbit in medio
atq; ſummo ihērere: ⁊ ita fit ido
neus. Jn his igitur tribus eſt re
ligionis perfectio: vt dictum eſt:
Paupertas v̄o volūtaria ꝑpter

xp̄m assumpta fundamentū est. vnde ꝛ saluator loquens de beatitudinibꝰ: ꝛ earꝝ meritis: ꝓmisit: beati paupes spiritu ꝛc. Mat. v. innuēs p hoc: ꝙ pauptas est fundamentū virtutū et beatitudinū.

¶ Capitulū qntū ꝺ pauptate ad quā se obligāt religiosi.

a Ad hanc paupertatē obligant se religiosi ſm exigentiam sui status. vł ad nil habendū propriū nec in cōi: nec in speciali: sicut obligant se il
B li qui sunt huius mee professiōis scilicet beati. Francisci. vel ad nil habendū saltē proprium in speciali: sicut obligant se illi qui pn̄t habere in cōi: licet nullus possit habere ꝓpriū. Omnes ergo ne sint preuaricatores voti: ꝛ sue professionis: ꝛ sic rei dānationis: cū summa diligentia ꝛ sollicitudine studeant seruare paupertatē quā professi sunt: exemplo sanctorū patrum scilicet beati Benedicti
C beati Francisci. ꝛ aliorū. Et hoc merito. vt enim legitur in vitis patrū li. ij. parte. vi. Thesaurus monachi est voluntaria paupertas. Sicut enim habēs thesaurū sollicite custodit: ne vel omnino auferatur vel diminuatur: aut modo aliquo violetur: sic religiosus professor paupertatis: ex voto: ꝑ exigentia sui status debet seruare sollicite paupertatē. vnde narrat Gre. iij. dial. de abbate Isaac: ꝙ
D offerentibus possessiones dicebat. Monachus q possessiones in terra querit: monachus nō ē. Sic quippe metuebat sue paupertatis securitatem perdere: quō diuites auari solent perituras diuitias custodire. Hic enim erat verus amator paupertatis. De beato quoq; Francisco qualiter fuit sancte paupertatis amator obseruator: ꝛ cultor: facta sua: mundo manifestant. ꝛ in vita sua in parte legit. Consimilr ꝺ sanctis antiquis: vt patet in vitis patrū vbi s. Sicut de quodā q euangeliū E vendidit in pauperum nutrimēto di. Ipsum verbū vendidi qꝺ iubet omnia vendi ꝛ dari pauperibus. Nec solū pauptatis exempla emicuerūt in sanctis sed etiā in principibus gentilibus: vt ait Vale. lib. iiij. c. iij. loquens de Fabritio: qui refutauit aurum ꝛ argentū sibi missum: ꝛ alia ꝑciosa: de quo dicitur ibi: ꝙ continentie sue bn̄ficio sine pecunia ꝑ diues erat: sine vsu familie habēde comitatus: q: locupletem eū faciebat non multa possidere: sed modica desiderare. Et ibi de multis F talibus principibus qui diuitias refutabant: ꝛ quasi dedignabantur: eas habere. vnde Sen. libro de prouidentia dicit: ꝙ Democritus diuitias ꝓiecit: onus illas bene mentis estimans. Ideo sequitur. Contemne diuitias. Nemo tā pauper ꝙ̄ natus est. Et de eodem ait libro de beata vita: ꝙ eo G

die quo interdixit sibi aliud ha-
bere: interdixit sibi ⁊ aliꝺ petere.
Quasi dicat. ꝙ nec aliqd voluit
habere: nec aliqd petere. ¶ Cō
similiter exempla mira pauperta
tis fulserūt in phis prout narrat
Hiero. ꝯ Iouinianū. de Dioge-
ne q habitabat in dolio ⁊ in por
tis ciuitatum: ⁊ manu cōcaua bi
bebat: nec voluit habere aliꝺ po
culū. Et de hoc in tractatu ꝺ vir
H tutibus. ⁊ de eodem ēt Val. vbi
s. dicit ꝙ Alexander continētiā
Diogenis vincere nō potuit. Ad
quem cū in sole sedentem acces-
sisset: hortareturqꝫ: vt si qua sibi
pstari vellet indicaret: respondit.
De ceteris interiꝫ a sole mihi ve
lim non obstes. Quasi dicat. Ni
hil aliud volo: nisi ꝙ nō stes in-
ter me ⁊ solem. hic enim effecit:
vt nihil sibi eripi posset. Ait Se
neca ꝺ tranqllitate animi de quo
dam: ꝙ cū amisisset omnia sua
I ait. Iubet me fortuna expeditius
phari. Si ergo pdicti ignarri le
gis diuie ⁊ fidei: absqꝫ spe regni
eterni: ⁊ similiter ignarri diuie di
gnationis q̄ uoluit eē pauper ꝑꝑ
hoies: vt oñderet eminētiā pau-
ꝑtatis ⁊ pciositatē vt dictū est. s.
sic paupes fuerūt: nō mirꝫ si fide
les ob regnū celoꝝ: ⁊ ꝑfectaꝫ filij
dei imitationem: velint esse diui
tiarum contemptores: ⁊ pauper
tatis sanctissime sectatores.

¶ Capitulum. vi. Qualis debet esse paupertas.

Ed qꝛ pauperē non facit
f commendabiliorē paupe-
rtas: si inter sordes pccā
non cauet: ꝓut ait Hiero. episto K
la. xcv. videndū est: qualis debet
esse paupertas religiosoꝝ. Et no
tanduꝫ ꝙ debet esse recto fine si-
ue intuitu preelecta et assumpta
scilicet ꝑꝑ deum: ⁊ vt liberi⁹ ⁊ ex-
peditius possit hō deo vacare: et
agilius luctari cū hostib⁹: cū qui
bus nudi luctari ꝺbem⁹: ait Gre
gori⁹ super euan. lib. ij. omel. xij.
Propterea ait Petrus Mat.
xix. Ecce nos reliquim⁹ omnia.
⁊c. vbi ait Hieroni. ꝙ Socrates
phus ⁊ alij diuitias cōtempserūt
sed non secuti sunt saluatorem si
cut apostoli. Iō Aug. super ps.
sexagesimum nonuꝫ. Iō inquit L
pauper xpus omnia temporalia
cōtempsit: vt tu sis tantū species
eius. ¶ Iteꝫ debet esse pauper-
tas affectu amata. Religiosus. n.
debꝫ amare paupertatē sicut spō
sam suaꝫ: ait Criso. super Mat.
omel. vltima. Paupertas est si-
milis pulchre puelle: cuius ocul⁹
pur⁹ preclarus: māsuetus: trāql-
lus: delectabilis: ad oēs respiciēs
neminē odio habēs. Ad moduꝫ M
ergo sponsi debet religiosus dili
gere sponsam suam paupertateꝫ:
exemplo beati Fracisci: q eam de
sponsauit. vñ ps. Elegi abiectus
esse in domo dei mei. ¶ Iteꝫ de
bet esse ilaritate iocūda: ⁊ reputa
tione pacata. Ait Greg. sup Eze.

li.ij.omel.vi. Ille vere pauper ē:
N qui eo eget qđ habet. Naȝ ⁊ qui
non habet ⁊ habere non appetit
diues est. Pauptas quippe est
inopia mentis non in quātitate
possessionis. Nam qui cum pau-
pertate bene cōuenit pauper nō
est. puer.xiij. Melior est pauper
⁊ sufficiens sibi.⁊c. Et Señ.epła
ij. honesta res est leta paupertas.
Et de hoc supra parte.ij. vbi de
O paupertate. ¶ Item debet eē sta
tui cōgrua ⁊ moderata. Sūt.n.
eniȝ aliq qui erant in seculo pau
peres: ⁊ religioneȝ intrantes: vo
lūt hr̃e maiores diuitias ⁊ opulē
tias in omnibus: q̄ȝ prius. Ideo
dicitur in tractatu de.xij. Abusio
nibus in septima abusione: q̄ est
habitus preciosus in religiōe: ꝙ
qui veteres pannos ⁊ viles con-
sueuerūt hēre i seclo ⁊ i religiōe
P nouos ⁊ p̄ciosos hēre ꝯtendūt.
Et hec ē magna abusio: ꝓut ibi
exequitur. In quorū persona ait
Hiero.epła.xxxiiij. Nat⁹ in pau
pere domo ⁊ tugurio rusticāo: q
vix milio ⁊ cibario pane rugiēteȝ
ventrem satiare poteram: nūc si-
milā ⁊ mella fastidio: noui gene-
ra pisciū: caleo saporib⁹ auiuȝ.⁊c.
¶ Iteȝ debet eē maceratiua vo
luntaria enim paupertas: marty
Q rium est: ait Ber. in sermone de
oib⁹ sanctis.di. Quid sibi vult:
ꝙ eadem promissio pauperibus
⁊ martirib⁹ fit. scilicet regni celo
ruȝ Math.v. nisi ꝙ gen⁹ marty
rij est paupertas voluntaria? Se
quitur Qđ martyrij genus gra-
uius: q̄ȝ iter epulas esurire: inter
multas vestes ⁊ pretiosas algere
paupertate p̄mi inter diuitias q̄s
affert mundus: ostētat diabol⁹.
noster desiderat appetitus. vtris-
q̄ȝ ergo regnū celoꝝ ꝓmittitur:
sed pauptate emitur: in perpessio
ne sancti martyrij absq̄ȝ dilatiōe
percipitur. verus igitur paup vo
lūtaria paupertate sic sit pauper:
ꝙ sustineat famē: sitim inediam
⁊ inopiam: exemplo saluatoris q
ieiunauit ⁊ esuriuit. Math.iiij. ⁊
exemplo discipuloꝝ qui ceperūt R
euellere spicas Mat.xij. ⁊ beati
Pauli: qui in fame: ⁊ siti: frigo-
re ⁊ nuditate seruiuit deo.ij.cor.
xi. ⁊ p̄s. Ego aūt mendicus sum
⁊ pauper. Sed eꝯ est de multis:
de quibus Hiero. vbi.s̄. dicit: ꝙ
sunt quidā pauperes: q tali mo- S
do volūt esse pauperes: vt nihil
eis deficiat. ¶ Item debet esse
scientia ⁊ discretōe regulata. Ait
Apo.phił.iiij. In omnibus insti
tutus sum. Scio saturari ⁊ esuri
re: abūdare ⁊ penuriaȝ pati. Su
per qđ Gre. super Eȩ.omel.vij.
dicit. Ars magna hec scilicet sci-
re saturari ⁊ esurire: abundare ⁊
penuriaȝ pati. Et mire discipline
sciētia: que nobis toto cordis ni-
xu discenda est. Sequit. Quē pe- T
nuria sua non frangit: a gratiarū
actione non retrahit: in rerum tē
poraliuȝ desideria non accendit:

sse scit penuriam pati. ¶ Itē de bet eē humilitate ordinata. Ait saluator Mat. v. Beati paupes spū. &c. Quia scilicet sic sunt humiles. Ait Aug. de sermone dñi in monte li. i. Humilitas eni3 est custos paupertatis. ait Gregori⁹ dial'. i. xxij. c. Quia sine hūilitate paupertas parū prodest: eo q̄ deus minus pauperem superbū odit.
V Ecc. xv. Jō summe cauēda pauperibus arrogantia. vt enim ait Hiero. epistola. cx. plus est aiu3 deposuisse q̄ cultum: difficili⁹ arrogantia q̄ auro carem⁹: aut gēmis. His enim abiectis interdū gloriosi tumemus sordibus: & vēdibile3 paupertate3 populari aure offrrimus. Jō Isai. lxvi. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem sermones meos? Religiosi ergo studeāt. vt sint paupe res modis dictis. Tales ei3 pau
X peres: sunt deo amabiles. Jaco. pmo. Nōne pauperes elegit de⁹ in hoc mundo. &c. Tales exaltat in iudicio: q2 erunt cū eo iudices Job. xxxvj. Judiciu3 pauperib⁹ tribuit. De quibus bene Grego. mora. xxvi. Et caueāt ne sint trāsgressores sui voti & possessionis: possessiōe alicuius rei. ne scilicet sint damnādi. vñ narrat Hiero. epistola. lxxxiiij. de quodam religioso proprietario. Quidam inquit de fratribus partior: magis q̄ auarior centum solidos quos lina texendo acquisierat moriēs reliqt. Interest inter monachos consilium. Habitabant enim ibi circiter qnq3 milia diuersis cellulis: quid facto opus esset. Et alij pauperibus distribuendos eē dicebant: alij dandos ecclesie nō nullivo parentibus remittēdos. Macharius vo Pachomi⁹ et Isidorus quos patres vocant: sancto in eis loquente spū infodiendos decreuerunt cū eodem dicendo: pecunia tua tecu3 sit in pditione. sicut dictū est Symoni act. viij. Et merito: q2 tales mentiuntur spūi sancto: & sunt fures & latrones aliena vsurpādo: & periurij: ac voti trāsgressores. Ideo ait Petrus Ananie act. v. Cur tēptauit sathanas cor tuū mentiri scilicet spiritui sancto: & fraudare de precio agri. &c. ¶ Similiter de alio religioso q habuit tres aureos absconditos narrat Grego. iiij. dial'. ante fi. q ipse beatus Gre. phibuit ne fratres ad eum in morte accederent: neq3 cū fratribus sepeliretur: & q illos aureos super eum proicerent dicēdo pecunia tua tecum sit in perditione. Diuinus igitur pdicator suadeat religiosis: vt sint pauperes dictis modis & dissuadeat 9ria.
¶ Tertia distinctio. De castitate ad quam obligant se religiosi.
¶ Capl'm. i. Quid sit castitas.
Icut autem religiosi debent esse pauperes spiri

os satis tenui cena suscipere para ret: et eius amicus hoc sibi intima ret: respondit. Si boni sunt equa nimiter ferent. si mali non est cu randum: Ibidem Socrates: cū quidam ex eius doctrina bene me riti discipuli discerent: rogantes eum vt aliquod preceptum ordi nande vite perciperent: iussit eos in diuersorium secum ire: vxorem que in superioribus constitutā vo cans: iussit. vt vasa melle et oleo plena eiceret. Quod statim fecit. Ad mirantibusque illis ait. Si hanc i domibus vestris potestatem ha bueritis: beatam vitam dispone tis. Quasi dicat. Cum in domibus vestris: omnes vobis obedierit vitam quietam: et sic beatam du cetis. ¶ De oraculo vero Socratis Poli. li. vij. c. xvij. Socraticum fertur oraculum: neminem locu pletē fieri vt doceat: nisi se ad do cendum pauperem et egenū cre dat. Et non solum predictis vir tutibus predictus fuit: sed etiam in sui regimine prouidus. Nam et studio sos labores: et seriosos: hōesto so latio temperabat. Ait Val. li. viij. c. viij. quod Socrates non erubuit cum imposita arundine crurib suis cum paruulis filiolis luderet et a Xantipe vxore risus. i. derisus est: cum tamen nullā sapiētie par tem dicitur ignorasse: prout dicitur ibi. c. xij. Interdum enim ociari sapiē ti familiari est: nō vt virtutis exer citium euanescat: sed vt magis vi geat: et quodammodo recreetur vt dicitur ibi. Qualiter autem re gebat se vtendo alimētis: ait Tu lius. v. tus. q. di. Socratem ferunt cum vsque in vesperam cōtentius ambularet: quesitumque esset ab eo quare id faceret: respondisse: quod melius cenaret: obsonare am bulando famem: Quod creditur fecisse non vt plus cenaret sed sani us. s. post famem. ¶ Qualiter āt mūdo vtebatur quasi non vtens patet ex eius responsione ibidem: vbi dicitur: quod interrogatus cuiatem se di ceret: mūdanum inquit. i. totius mundi incolam et ciuem: nullam sibi partem appropriando: sed q̄ si peregrinum se reputando: qua les se reputabant philosophi no biles sicut dicitur ibi. De imutabili q̄ que constantia eius patet. s. in par te de qua Val. li. iij. c. vi. di. quod So crates restitit toti multitudini: ne decem pretores occiderent.

¶ Capitulum decimumquartū. De eius constantia in morte: et de his que fuerunt circa eum tempore mortis.

De constantia vero sua i su stinendo mortem tactum est: De qua Sen. ad hel biam. Socrates inquit eodē vul tu quo triginta tyrānos solus ali quando in ordinē redegerat: car cerem intrauit: ignominiam ipsi loco detracturus. Neque enim po terat carcer videri in quo Socra tes erat. ¶ Qualiter autem se ha

buit ante mortẽ narrat Señ. lib.
de prouidentia post principium:
di. q Socrates potionem illam
publice mixtam non aliter q̄ me
dicamentum imortalitatis obdu
xit. ⁊ de morte disputauit vsq; ad
ipsam. De causa mortis ⁊ modo
dicit expositor super Boetiuz de
disciplina scolarium. c. viij. super
illud. Amicus inquinato gaudet
C successore. Amicus inquit fuit di
scipulus Socratis: q Socratem
accusauit de eo: q fecerat librum
de deo: ⁊ non de dijs. Unde ⁊ cõ
pulsus est aurire herbam vene/
natam: qua hausta in nomine il/
lius dei: non est mortu⁹: Iterum
compulsus haurire in noie deoꝝ
mortuus est: Ex quo patuit apud
eos: illum deuz potentiorem esse
dijs. Señ. ep'la. lxx. Calix vene/
natus Socratem trãstulit e car
cere in celum. s. ẜm estimationez
eorum: Et de eius constantia in
predictis dr̃ in principio Phe/
D dronis vbi inquirit Hethoraces
a Phedrone de eis que acta sũt
circa Socratez die qua bibit far/
natum ⁊ mortuus est. Et ille di.
q ad eũ ingressi inuenerunt Xã/
tipem vxorem eius tenentez pue
rum: que exclamauit ⁊ ait: que/
dam vt mulieres dicere assolent.
Et ille aspiciens in Tritonez: abi
gito inquit illaz. Sicq; fecerunt ⁊
multis interpositis questionibus
in fi. intuitus hominem. s. qui fe/
rebat farnatum ait. Tu hoꝝ gna
rus dic qd̕ oportet facere. Nihil
aliud ait ille: q̄ bibentem deam/
bulare vsq; quo grauedo in cru
ribus fiat: de hinc recubare. Et
porrexit calicez Socrati. Qui res
piciens ⁊ valde propiti⁹ nihil tre
mens neq; varians: neq; corpo
ris: neq; coloris: neq; vult⁹: imo
velut consueuerat respiciẽs in ho
minem qd inquit de hoc poculo
Ad auriendũ sufficit: nec ne? Tã
tum insit omnino q̄tum estima E
mus ad mensuram bibere. Se/
quit. Dicens ista. ⁊ pariter susti/
nẽs: ilariter ⁊ facile bibit. hec ille
vbi ⁊ multa de dictis ei⁹ ⁊ gestis
in morte.

¶ Caplm decimũquintũ. De sõ
no eius ante mortem.

E somno autez suo pri⁹
sua morte. Tul. ď diuina
tione. lib. i. c. xi. Est apud
Platonem: q cum Socrates
esset in custodia publica dixit Cri
toni suo familiari: se post diez ter
tiũ moriturum: vidisseq; in som
nis pulchritudine eximia feminã
que se ex nomine vocans dice/
F ret Homericum quendam hu/
iusmodi versum Tertia tychile
tempestas leta leuabit. Quod vt
dictũ ẽ: sic scribit ꝯtigisse. hec ibi.

¶ Capitulũ: ďcimũsextũ. De ei⁹
honore post mortẽ: ⁊ de punitio
ne accusatorũ eius.

E honore vͦo sibi exhi/
bito post mortẽ ait Ter
tulli⁹. c. xij. q postq̄ So

crates damnatus eſt qꝛ deos de
ſtruebat: cũ penitentia ſnie Athe
nienſes crimiatoreſ Socratis po
ſtea afflixerunt: ⁊ eius ymagineȝ
auream in templo collocauerũt
Hec ibi. Et merito fuerunt ducti
penitentia: qꝛ vt dicit Cõmenta/
G tor Ethi. v. Socrates accuſatꝰ di
xit. Socratem Athenienſes dã/
nare poſſũt ẽt occideꝛ: iuſtificare
non poſſunt. Et idem Cõmenta
tor Ethi. i. Socrates in virtute ⁊
ſapia viuẽs. iniuſta vindicta mor
tem proponens.

Capitulũ decimumſeptimũȝ.
De eius etate.

Uantum autem Socra
q tes vixit. Tulius de ſene
ctute. c. ij. ait eum cuȝ pa
na vetica qui inſcribitur: librum
nonageſimoquarto anno ſcripſiſ
H ſe dꝛ vixitqȝ quinquẽniuȝ poſtea

Capitulum: decimũoctauum
De eius reſponſione querenti de
ſepultura.

E reſpõſione quoqȝ ſua
d de ſepultura: narrat Tu
liꝰ. i. tuſ. q. añ fi. Socra/
tes inquit: cuȝ de imortalitate ani
marum diſputaſſet: ⁊ tempꝰ mo
riendi vrgeret: rogatus a tritone
quẽadmodũ ſepeliri vellet: mul/
I tam inquit vere operam amici//
fruſtra conſumpſi. Tritoni enim
noſtro non perſuaſi. ſ. adhuc me
adulaturum: neqȝ gcq̃ȝ me hic
relicturũ. Uerũtamẽ Trito ſi me
aſſequi poteris: aut ſi cum nactꝰ
eris: vt tibi videbiꝛ ſepelito. Sed
me credo nemo veſtruȝ cũ hinc
exceſſero cõſequeꝛ. hec ille. Qua
ſi dicat. Nihl de me hic reliquaȝ
ſed me totum mecum afferam.

Caplm decimũnonũ. Quo tẽ
pore natus ⁊ mortuus.

Uo v̄o tempore natꝰ eſt
q Socrates. ſ. tẽpore Xer
ſis regis dꝛ. in hyſtoria
ſcol. ſup librum Judith. quo etiã
tempore mortuꝰ. ſ. in diebꝰ Aſue K
ri dꝛ ibidem ſuper Heſter. Quã
tis ergo virtutibꝰ philoſophicis:
⁊ operibus imitabilibꝰ floruit di
ctus phs pȝ.

Capitulum. vigeſimum: Qd
tres ſunt vocati Socrates.

Tne ꝯtigat error i noie
e tres fuerunt vocati hoc
nomine Socrates. Unus. ſ. pre/
dictus: de quo premiſſa: dicta ſũt

Secundus Socrates grecꝰ
orator. de quo. i. Saturnaꝛ. in p̃n
cipio cuius egregium dictũ ibi re
citaꝛ. Cum enim in conuiuio a ſo
dalibus hortareꝛ: vt aliqd in me
diũ d̾ eloquentie ſue fonte propo
neret. reſpondit. Que preſens lo
cus exigit ⁊ tempus ego non cal
leo: ⁊ que ego calleo: nec loco ſũt
apta nec tempori. Tamen Po/ L
li. in prologo dicit ſimile dictũ de
yſocrate: quando fuit a ſe queſitũ
quare non in forenſibus negoti/
is verſareꝛ. Tertiꝰ ſocrates fu
it vnus de tribus compillatoribꝰ
hyſtorie tripartite. Fuit enim cõ/

pilata a Solomeno. Theodori/
co. ⁊ Socrate hyſtoricis grecis.
Jō dr̄ hyſtoria tripartita. Que
trāſlata eſt ſub epiphanio prout
dr̄ in prologo primo.

¶ Quarta diſt. de vita platōis.

¶ Capl'm primū. De eius origi
ne: ⁊ d̄ eis que acciderūt circa eū
poſt eius ortum.

b Abitis his d̄ vita ⁊ di
ctis Socratis ſeqtur
de vita ⁊ dictis Pla
tonis cuius magiſter
fuiſſe Socrates phi/
betur: ⁊ inter diſcipulos eius nō
quidem imerito excellentiſſima
gloria claruit que omnio ceteros
M obſcuraret. Qui cum eſſet Athe
niēſis: honeſto apd̄ ſuos loco na
tus: ⁊ ingenio mirabili longe ſu/
os condiſcipulos anteiret: paruz
tamē putans perficiēde philoſo
phie ſufficere ſeipſum ad Socra
ticam diſciplinam: longe lateqꝫ
quantum potuit peregrinatus eſt
quantūqꝫ verſus cum alicuius
nobilitate ſcientie percipiende fa
ma rapiebat: ꝓut dicit Aug. viij.
de ci. c. iij. De origīe quoqꝫ Pla
tonis recitat Hiero. i. contra Jo
uinianum opinionem antiquorū
philoſophorum licet erroneam.
Spegippus ſororis Platonis fi
lius ⁊ Cleanter in laudem Pla
tonis: ⁊ Anaxilides lib. ij. philo/
ſophie peritionem: matrē Pla/
tonis fantaſmate Apollinis opp̄ſ
ſam ferunt: ⁊ ſapientie principez
nō aliter ꝙ̄ de partu virginis edi
tum. Qualiter autem examē apū N
deſcendit ſuper os eius cum eſſet
in cunis Tulius. i. de diuinatiōe.
c. xvj. At Platoni inquit cum in
cunis paruulo dormienti apes in
labellis conſediſſent: reſponſū eſt
ſingulari illum ſuauitate oratio/
nis fore. Ita futura eloquentia ꝑ
uiſa in infante eſt. Idem ait Val.
li. i. c. iiij.

¶ Capitulum ſecundum De ſō
nio matris de eo: ⁊ decius noie.

d E ſomnio autez Socra
tis nocte antequam fuit
Plato ad eum addu/
ctus nec non ⁊ de parentib⁹ eius
⁊ alijs notabilibus narrat li. q dr̄
funda. Plato inquit Ariſtidis fi
lius a Solone trahentis gen⁹ hy
ſtoriatum eſt. Et ꝙ ex quadaz vi
ſione diuina mater Platonis ꝑ
gnans facta: peperit Platonem
Philoſophatus eſt autem So
cratem ⁊ ſermo eſt videtur So/
O cratē nocte qua tradit⁹ ē ei Pla
to Lignum ipſi⁹ genibus ſuper
ſedentem. Appellabat autez Ari
ſtotiles: ſed propter latum anī pe
ctus: Plato nominat⁹ eſt. Alij
tamen dicunt propter latum eſſe
in ſermonibus.

¶ Capl'm tertiū. De eius pegri/
natione pro acgrenda phīa: ⁊ de
eius ſtudioſitate.

d E laborioſa ſua peregri/
natione: ⁊ ſedula ſtudio
ſitate Aug. v bi. ſ. dicit ꝙ

In egypto didicit quecunq illic habebant: et docebantur. Et inde in eas Italie partes veniens vbi pictagoreorum fama celebrabatur quicqd Italice philosophie tunc florebat auditis eminentioribus et doctioribus facillime comprehendit. Et qa Socratem specialiter diligebat: eum loquentez faciens fere in omnibus sermonibus suis etiā ea que vel ab alijs dedicerat: vel ipse quanta potuerat diligentia viderat cum illis lepore et moralibus disciplinis ibi temperauit. hec ibi. Et de Platone: et eius virtutibus: facundia origine et peregrinatione pro sapientia acquirenda Val. multuz li. viij. c. vij. dicit. qp Plato pceptorem Socratem sortitus ē hominem doctrine fertilissimuz. Et sic de multis que ibi enumerat: et specialiter de sua peregrinatione Et de hoc multum Poli. li. vij. c. v. et sumit de tractatu q dr vita Platonis. Ubi dr qp teste Apuleo Plato prius Aristotiles dictus est: deide a latitudine pectoris: Plato. Et in tantam eminētiā philosophie: vigore animi: et studij exertitio oisq morum venustate et copia subuectus est: vt quasi in throno sapientie residēs precepta quedaz: auctoritate quadam nixus sit tam antecessorib⁹ q̄ successoribus imperare et c. Et sequit ibi. Aliquorum opinio de ei⁹ cōceptu et origine. s. qp Appollinis figuratio se matri eius pery xioni miscuit: vt dictum est. Et post. Doctores habuit in prima litteratura Dionysiuz: in palestra Aristonem Argis oriundū: tantosq progressus sibi exercitatio contulit: vt phitie luctando certamina inuenerit: picture non aspnatus artez Tragedis quoq et diuinationib⁹ se vtilem finxit: Ita qp carminum confidentia elat⁹ se creatorem profiteri cupiebat: nisi Socrates humilitatez ei⁹ cupidinis ab animo eius expulisset et vere laudis gloriam ei curasset ingerere. Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus. verū cum Socrati se dedisset: non ingenio et doctrina ceteros Socraticos vicit: sed etiā labore et elegātia sapientiaz illustrauit: eiusq recta assertione sensuum verborū plurimum adhibuit dignitatis. Socrate quoq excedente: se ad pictagore cōtulit disciplinā. Quā et si ratione diligenti et magnifica videbat instructam rerum tamē continentiam et castitatem cupiebat imitari. Deinde Theodoruz Cremensem adijt: vt geometriā disceret. Inde egyptum petijt: vt astrologie vacaret. Ibiq a plerisq credit didicisse oracula pphārum. Unde rursus in Italiam redijt: et Pictagoreum tarentinuz Architaz secutus est: atq ad Indos. Medos: magos animū intendisset: nisi eum procedere ve-

tuiſſent bella chaletica:que apud
magos philoſophos admiratiõi
fuerãt: In libris ſuis collegit vni
uerſa. Docens primꝰ. ſtudia phi
loſophie non eſſe contraria: ſed i
uicẽ neceſſaria ſibi.eoꝙ mutuis
auxilijs vniuerſa ꝯſiſtunt: Mul
ti auditorum eius vtriuſq; ſexus
S in philoſophia floruerunt. Pa-
trimonium in hortulo q Acha-
demie iunctus erat duobus mi-
niſtris ⁊ phateram: qua dijs ſup
plicabat reliquit. Aurum tantum
habuit: q̄ntũ puer in auricula ge
ſtauerat in nobilitatis inſigne.

¶ Caplm quartũ: De triplici eiꝰ
aduentu in Sciciliam.

t Res aduentus eiꝰ i Sci
ciliam mali diuerſis opi
nionibus carpant. ſ. prio
vt hyſtoriam nature cerneret in
ethna: ⁊ incendiorum intelligeret
rationem illuc profectꝰ eſt. Secũ
do petitu Dioniſij : vt Syracuſa
nis aſſiſteret: ⁊ vt municipalis ꝓ
uincie illiꝰ: doceret leges. Tertio:
vt fugientem Dyonem reſtitueret
T patrie ſue venia a Dioniſio impe
trata. Sed in his omnibus adeo
diligens fuit: vt a ſtudijs aut offi
cijs philoſophie nullo vnq̄ teni-
pore ſuſpẽderet. hec ibi. Et de ſua
peregrinatione pro philoſophia
acquirẽda Hiero. epiſtola. xxxv.
⁊ in prologo biblie. Legimus in
quit: quoſdam luſtraſſe prouinci
as. ⁊c. Ubi ponit exẽplũ de Pic
tagora ⁊ Platone. Et de hoc i di
cto li. qui dr Suda habet: ꝙ ter
Plato venit in Siciliam ad ty-
rãnos Dioniſios ⁊ venditus eſt
a tyranno. ait Plinius .li. vij. c.
xxxvj. tamen de honore ſibi exhi
bito a prefato Dioniſio tyranno:
dicit: ꝙ Platoni ſapientie antiſti
ti Dioniſius tyrannus alias ſeui-
tie ſuperbieq; natus victataz na-
uem miſit obuiam: ipſeq; quadri
gis albis egredientem ſuſcepit:
Patet ergo ex dictis q̄ntũ ſapiẽtiã
dilexit: q̄ntumq; pro ea laborauit
ac q̄ dignus ipſa ſapientia fuit. ⁊
tantũ in ſapientia profecit: ꝙ di- V
cebatur quidaz deꝰ philoſophorum
ait Tulius de vita deorum. li. ij. c.
xviij. ⁊ Auguſ. iiij. contra Julia-
num ante fi. Cicero inquit voca
uit Platonem deũ philoſopho
rum. Unde de ipſo Poli. vbi. s.
dicit ꝙ non ſolum Heroũ virtu
tibꝰ preſtitit: ſed etiaz equiperaſſe
dictus eſt deorum poteſtates.

¶ Capitulum quintũ. De eiꝰ ab
ſtinentia: ⁊ mortificatione carna
lium voluptatum.

d E ſuis autem virtutibꝰ
varijs patet in diuerſis
libris Fuit enim abſtinẽ
tia moderatus ⁊ ideo non labori
bus fractus ſed vita longeuꝰ: ait
Sen. epla. lxxj. Plato ipſe ad ſe
nectutẽ ſe diligẽtia protulit. Erat
quidem corpꝰ validũ: ⁊ forte: ſor
titus eſt. Illi nomen latitudo pe

ctoris fecerat: sed nauigationes
atqꝫ pericula multum detraxerāt
de viribus. Parsimonia tamen
τ rerum que auiditatez euocant
modus τ diligens tutella ꝓduxit
illum ad senectutem: multis pro
hibentibus causis. Hec ibi: Et'ð
sua moderantia Tul. v. tus. q. In
telliges inquit: q voluptatez ma
xime sequuntur eos minime seq
iocunditatem: qꝛ victus in desi
derio non in sacietate est. vñ Thi
meum clarum hoiem Athenis:
τ principem ciuitatis ferunt: cuz
cenasset apud Platonem eoqꝫ
conuiuio delectatus esset vidisset
Platonem postridie: dixisse ve
stre quidem cene non solū in pre
sentiarum: sed etiam postera die
iocūde sunt hec ibi. Quasi dicat.
Ex cenis vestris non grauat̄ ho
mo crapula τ ebrietate: nec men
Y te impedit̄. ¶ Item fuit mortifi
catione libidinum: τ concupiscē
tiarum sibi τ aliis austerus. Ait
Hiero. contra Iouinianū. Pla
to cum esset diues pro tempore τ
ꝯditione: τ thoros eiꝰ Diogenes
lutulentis pedibus conculcaret:
elegit Achademiaz: vt posset va
care philosophie: villam ab vrbe
procul non solum desertam: sꝫ ēt
pestilentem: vt cura τ assiduitate
morborum: libidinis impetꝰ frā
geretur: Discipuliqꝫ eius nullam
aliam sentirent voluptatem: nisi
earum reruz quas discerent. Est
enim via omnibus preclusa disci
plinis: si comes sapientie sobrie
tas āmouetur. Quam vtiqꝫ tene
re non possunt q clamitant om
nia siccis duras esse ꝓposita. Vñ
τ ipse Plato ait: philosophiā eē Z
meditationē moriendi: ait Ma
crobius lib. i. c. xxxi. Qui Plato
duas mortes hominū nouit: vnā
aie: alteram animalis. Sed τ ip
sius animalis duas asserit mor
tes: quaruz vnam natura: alterā
virtutes parant. Homo eniz mo
ritur: cum anima corpus relinqt
solutum lege nature. Mori etiā
dicit̄: cum anima aduc in corpo
re constituta: corporeas illecebras
philosophia docente contēpnit:
τ cupiditatum dulces insidias: re
liquasqꝫ anime exuit passiones.
Sequit̄. Hanc mortē dicit Pla
to esse philosophis appetendam
hec ibi. Ex dictꝭ patet: qualr̄ mor
tificabat illecebras: τ mortificari
suadebat: τ qualiter eius sentētia
cum euangelica τ apostolica con
cordabat.

¶ Caplm̄ sextū. De contemptu mundialium ab eo.

Tem fuit cōtemptu om
i nium mundialiuz perfe
ctus: prout dicuntur phi
losophi perfecti. Nullus eniz est
perfectus simpliciter absqꝫ diuia
gratia perficiēte. Ait Hiero. vbi
s̄. Platonici τ Stoici in tem
plorum vicis τ porticibus versa
bant̄: vt admōiti angustioris ha
bitaculi sanctitate: nihil aliud qꝫ

de virtutibus cogitarent. Et con
ſtat ꝙ Platonici exemplo ⁊ do/
cumento magiſtri ſui Platonis
hoc faciebāt. Unde in dicto libro
qui dr̄ Suda dr̄: ꝙ Plato con
uerſatꝰ eſt in Achademia docēs
Sed ipſe / Plato pauper erat: ⁊
ſolū in achademia poſſedit ortū
que pars minima erat ſucceſſoꝝ
Ortus autem prope ante atria:
aurea tria numiſmata reddebat.
Totus autem queſtus poſterius
mille vel plura parum augmen
tatus eſt hic ſm viuorum tempo
ra hominum ⁊ ſucceſſorum phi
loſophorum alijs morientibus:
⁊ per teſtamenta relinquentibus
phantibus occaſiōe eius: que in
phica vita eſt ſcole ⁊ quietis. hec
C illc. Ex quibus patz: ꝙ habitatio
eius erat modica ⁊ peſtilens: ſiue
tempeſtuoſa: ⁊ ab alijs philoſo/
phantibus relicta. modiceq; ab
eo dilecta.

¶ Capitulum. vij. de edomatio
ne paſſionum interiorum.

i Tem domatione paſſio/
num interiorum: ⁊ red
dactione earūdez ſub le
ge rationis fuit moderatus: ꝓut
dicit Señ. de eo. iij. de ira. vbi ait
ꝙ maximum remedium ire eſt
dilatio vt primū eius feruor relā
gueſcat: ⁊ caligo que mentez pre/
D mit aut decidat: aut minus den/
ſa ſit. Quedam enim ex his que
precipitez ferebant: hora nec tā
tum dies molliet: ⁊ apparebit iā
indicium non ira quicquid volet
Sequitur. Nihil in fluctu cernit
Nō potuit ipetrare a ſeipo Pla
to. cum ſeruo iraſceretur. ſed po/
nere illum ſtatim tunicam: ⁊ pre
bere ſcapulis verberibus: iſuper
ſua manu ipſe cenſurus. poſt in/
telligens: ſe iraſci: cum ſuſtulerat
manum: ſuſpenſam detinebat: et
ſtabat: percuſſuro ſimilis. Inter
rogatus ab amico qui forte intra
uerat quid ageret: exigo inqt pe
nas ab homine iracūdus: velut
ſtupens: geſtū illū ſeuituri deffor
mē ſeruabit ſapiēti viro: oblitus
iam ſerui: quia alium quem po/
tius caſtigaret inuenerat. Itaq;
abſtulit ſibi in ſeruum poteſtatez
⁊ ob peccatū quoddaz cōmotio/
nem. Tu inquit ſpegippe ſeruulū
iſtum verberibus obiurga: nam
ego iraſcor: ob hoc nō cecidi ꝓ/ E
pter qd̄ alius cecidiſſet. Iraſcor
tibi plus faciaz q̄ꝫ oportet. Libē/
tius faciam: non ſit ille ſeruus in
eius poteſtate qui in ſua non eſt.
hec ibi. Patet ergo ex dictis q̄li
ter ſuis dominabatur paſſionibꝰ
⁊ maluit ſe caſtigare q̄ꝫ aliū: ⁊ ꝙ
alij contempſit caſtigationis mo
dum: vt iuſtitiam ſeruaret.

¶ Capitulum octauum. De ſua
maturitate ⁊ exteriori ꝯuerſatōe

i Tem maturitate conuer
ſationis exterioris ⁊ ge/
ſtus fuit modeſtus pro/
pter quaz modeſtiaz prebebat ex
empla virtuoſa diſcipulis. Unde

Seṅ.ij.de ira dicit: q̄ p̄ceptores pedagogosq̄ placidos pueris cō uenit dari. Omne enim quod te nerum est in eorum similitudinē
F crescit nutritū. Apud Platonē inquit puer educatus: cū ad patrem relatus vociferantem videret patrem: nūq̄ inquit apd̄ platonē hoc vidi. Non dubito qn citius imitatus sit patrē q̄ Platonē scilicet si esset apud eū educatus. Ex quo patet ꝛ doctoris matura honestas: ꝛ educationis apud talem vtilitas.

Capitulum nonum. De eius gratitudine p beneficijs.

Item fuit pro beneficijs gratus: ꝛ in diiudicatiōe discretus. Unde Sene. vi. de beneficijs. c. xiij. Plato inquit cum flumen naui transisset nec ab eo qcq̄ portitor exigeret honori suo hoc datum credens: dixit positum illi esse apd̄ Pla
G tonē officiū. Deinde paulo post: dum aliū atq̄ alium gratis eadē transueheret sedulitate: negauit: illi iam apud Platonem positū officium. Nam vt tibi inquit aliquid debeā pro eo quod prestas debes non tantum mihi p̄stare: sed tanq̄ mihi. Nō potes ob id quēq̄ appellare quod spargis in populum. Quid ergo? Nihil tibi debet tanq̄ ab vno: nihil tibi cū omnibus soluam: quod tibi cū omnibus debeo. Ex quo patet ꝛ sua gratitudo pro beneficio cōliter exhibito.

Capitulum. x. de veritate eius in docendo: ꝛ q̄ beatus Augu. Platonicos p̄tulit omnib⁹ alijs philosophis.

Quam vo veridic⁹ fuit in doctrina: sicut potest eē vera doctrina absq̄ lumine fidei: ꝛ q̄ propitius fuit in docendo: ꝛ propinquus veritati sacre scripture: ob quod prefert eum ꝛ sequaces eius Aug. alijs
philosophis: patet ab eodē Aug. viij. de ci. c. iiij. postq̄ enim mlta p̄misit de ipso Platōe: ait. Nūc satis sit commemorasse: Platonem determinasse finē boni esse s̄m virtutem viuere: ꝛ ei soli euenire posse qui noticiam dei habē ꝛ imitationē nec esse ob aliā cāz btm̄. Jō n̄ dubitat id eē philosophari: amare deum: Ipsum autē verum ꝛ summū bonū Plato dicit esse deum: vt tactum est. s̄. Et subdit. c. xi. recitatis dicti platonis ꝛ platonicorum. Nūc inqt non imerito me platonicos philosophos elegisse: cū quibus agā in questione de qua agitur. Ideo hos potissime elegi quoniam de vno deo qui fecit celum ꝛ terrā q̄to melius senserunt: tanto ceteris gloriosiores ꝛ illustriores habentur. Sequitur. Mirantur q
dam cū audiunt vel legunt Platonem hec de deo sensisse: q̄ multum congruere veritati nr̄e religionis agnoscūt.

¶ Capitulũ vndecimũ d eius tpe ⁊ etate.

Unde nonnulli putãt: eũ quando perrexit in egyptum audisse Hieremiã prophetam: vel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse: quorum opiniones in aliquibus libris meis posui. Sed diligenter supposita temporum ratio que cronica historia continetur Platonem indicat a tempore quo prophetauit hieremias centum fere annos postea natus fuisse. Qui cum octuaginta vnũ annos vixisset ab anno mortis eius K vsqz ad tempus quo Ptolomeus rex egypti scripturas propheticas per septuaginta viros hebreos interpretandas habendasqz curauit: anni reperiũtur sexaginta. Quapropter in ipsa peregrinatione sua Plato nec Hieremiã videre potuit tanto ante defũctũ nec prophetias legere: que nũdũ erant in grecam linguam trãslate qua ipse pollebat: nisi forte qꝛ fuit acerrimi studij ⁊ ingenij: sic egyptias: ita ⁊ istas per interpretem didicerit: non vt scribendo transferret: sicut Ptolomeus curauit: sed nec colloquendo quicquid cõtineret ꝗtũ capere posset adisceret. hec ibi. Et hoc estimat propter similitudinem verborũ ⁊ concordiam que posuit Plato in principio thimei: quẽ de cõstitutione mũdi conscripsit: cũ verbis illis in principio genesis. In principio creauit deus celũ ⁊ terram: prout ibi explanat Aug. L

¶ Capitulum duodecimũ. De veritate euangelica cõtenta in libris Platonis.

Septimo autem libro cõfessionum ante finem ait August. legisse se i libris Platonis principium euangelij Joannis. In pricipio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deũ. ⁊c. Illud tamẽ non legit: verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis: vt ait ibi. Sicut tamen dicit Poli. li. viij. v bi. s. nisi in patrũ scriptis legeretur: nũꝗ alicui infidelium concessum crederem: vt os in tãte lucis oraculum aperiret: quaz oculus mundanus nõ sufficit intueri. Et qꝛ beatus Joannes euãgelista alti⁹ celo intonuit ꝗ mẽs humana pcipere queat: lz auris vtcũqz possit audire: cum philosophi modo euanuerint non tm̃ in cogitationibus sz in operibus suis. M

¶ Capitulum decimumtertium De elegãtib⁹ dictis ei⁹: sententijs ⁊ elloquentia.

De veritate dictorum in libris suis patet eis q scrutati sunt illos: quorũ aliqua egregia recitauit Augu. viij. de ci. ⁊ in alijs libris suis. ⁊ poli. v bi. s. Scripsit plato libros plurimos: ⁊ politici hominis merita contemplatio minime repressit:

N
O
P

⁊ contemplationis acumen necessitas non extinxit. In laudez eius: Origenes: Hierony. Aug. omnium philosophorum attestationibus freti sufficiūt. Quedaz tamen moralia dicta eius ⁊ pdicabilia subscribantur. vt enim dicit Tuli. primo d offi. c. vi. preclare scriptum est a platone. Nō solum nobis nati sumus: ortusq; nostri partez patria vendicat: partem amici. Atq; vt placet stoycis que in terris gignuntur: ad vsus hominū omnia creari. hoies aūt hominum causa esse generatos: vt ipsi inter se alij pdesse possint hec ibi. Et. c. xv. Qui reipublice pfuturi sunt: duo Platonis precepta teneant. vnū: vt vtilitatem sic tueātur ciuium: q̄d q̄d q; agūt ad eaz refferant obliti comodoꝝ propriorum. Alterum: vt totum corpus reipublice curent: ne dū vnā partē tuent: aliam deserant. ¶ Itez Tuli. de senectute. c. v. Diuine inquit Plato escam malorum voluptatem appellat: q2 ea homies capiuntur: vt pisces. vnde primo Saturnal. dicit: q Socrates solitus erat suadere cibos illos potusq; vitandos: q vltra sitim famēue sedandam producūt appetentiaz. ¶ De dicto quoq; Platonis egregio Boe. i. de consol. c. iiij. dicit q sm Platonē: respublica: felix esse incipit: si eam vel studiosi sapientie rexerint: vel eius rectores: sapientie studere incipiant. ¶ De multis vo dictis eius habetur in libro qui dicitur suda vbi dicitur. Ait Plato in legib9 quoniaz libera est anima ⁊ domina passionum. vincere aūt seipm omnium victoriaruz prima ⁊ optima. vinci aūt a seipso: ⁊ turpissimum ⁊ pessimū. Scimus enim quoniam passiones in nobis velut nerui ⁊ funis quidam existētes: vt auellant nos: ⁊ ad inuicez attrahant. Contrarij autez existētes: in contrarias actiones scilicz debemus eē. Quasi dicat. Cōtrariari debemus passionibus reluctandis. Ibidē. ait Plato. Bonus quidē deus: ⁊ quidem deus causa bonoꝝ: maloꝝ aūt oium non cā. Idez ait in legib9. Deus vtiq; principiū ⁊ finē omniū habens: derelinquentibus diuinaz legem adest vltor: puniens: obseruantib9 vo: ⁊ felicitati futuris humilis ⁊ ornat9. Idē ait in Phedrone. Imperfectus quidem ⁊ imundus in infernū abiens: perfectus ⁊ pregatus hinc transiens cum deo habitabit. Ibidem dicitur: q Plato vadens in egyptū ⁊ multa illorum que illic ⁊ pphetarum ⁊ sacerdotum immiscens suspsius sermonibus quemadmodum pictor verbaliter depictis superponens colores neq̄q̄ magice agere vsus est. Quapropter maximum aūt ab hominibus inuidiā passus est in sapientia. Iste idem plato scripsit decem libros de le-

Q
R
S

gibus:in quibus multa sunt pre/
clara:ait. Au.gelius li.xxi. Et ibi
R dem libro.xx.dicit:ꝙ plato in ci/
uitate quam in libris suis condi/
dit:mulieres esse cões censuit:ꝑ
mia viris fortibus summisqꝫ bel
latoribus posuit:suastones puero
rum ⁊ puellarum indicauit.hec
ibi. Mirum tñ ꝙ censuit mulie
res esse comunes:qui pri⁹ ait vo/
luptatem escam esse maloꝝ:⁊ q
censuit poetas pellendos a ciuita
te:prout dicit Aug.ij.de ci.c.xiij.
An forte inquit greco platoni pal
ma danda est: Qui cũ ratiõe for
maret qualis esse ciuitas debeat:
táqꝫ aduersarios ciuitati poetas
censuit vrbe esse pellendos. Idẽ
S dicit.viij.de ciui.c.ix. Qualis ꝯo
eloquentia fuerit. Au.gelius lib.
ij.dicit. Si inquit de platonis ora
tione aliquod verbũ demas mu/
tasue.atqꝫ id cõmendatissime fa
cis:de eloquentia tantum detra
xeris scilicet necesse est. Qualiter
autem fuit derisor pompaꝝ sup/
barũ:dr in tractatu de dictis phi
losophorum:ꝙ cũ videret Dio/
nisium tyrannũ sceptuꝫ custodi/
bus ait. Cur tantũ mali fecisti:vt
a tam multis custodiaris?

¶ Capitulum decimumquartũ
De eius auiditate ad habenduꝫ
libros alienos.

Icet autez esset tanta sa
I piẽtia preditus:de habẽ/
do tamẽ libros alienos
fuit curiosus.ait Au.gelius libro
ij. Memorie inquit datum est:
platonem tenui admodũ pecũia
familiari fuisse:tres autem phi/ T
lotei pictagorici libros decẽ milli
bus denariorum mercatum. Id
enim ei precium quidã scripserũt
amicũ ei⁹ donasse Dionisiũ Sy/
racusanũ.vñ sequit ibi:ꝙ Am/
buletus in li.suo Platoni:tenui
admodũ pecũia familiari fecisse
cõtumeliose appellat:ꝙ impẽso
ꝑcio librũ pictagorice discipline
emisset:ex eoqꝫ Cynicuꝫ:aut ali/
quem dialogũ nobilẽ cõcinnassꝫ
Et licet esset sic sapiens:minime
tñ presumptuosus. vñ Vale.lib. V
viij.c.xiij.loquens de eo ait. Con
ditores sacre are de mõ ⁊ forma
eius sermonẽ conferre conatos:
ad Euclidem geometrã ire iussit
scientie eius cedẽs imo ꝓfessiõi.

¶ Capitulum decimũquintum.
De eius salubri consilio:⁊ docu/
mento in morte.

E salubri ꝯo ⁊ doctrina
D li consilio qđ dedit disci/
pulis moritur⁹:ait Isaac
in tractatu de elemosynis. Rõ in
quit affert:qđ ñ afferũt libri. vbi
ponit exemplũ de Platone. Cũ
eniꝫ ꝓpinquasset obitus eius vo
cauit discipulos suos:⁊ precepit:
vt ostenderent sibi sapientias su
as. Qđ cũ fecissent:ait. Reman
serunt apđ nos q̃ nõ narrauistis
Extimo ꝙ non cognouistis. At
illi rogauerũt:vt doceret eos il/
lud. Et ille venite post tres dies

ad me:tñ nõ intretis:niſi licẽtiaꝫ
ĩpetraueritis.Et ſic fecerunt. Cũ
ꝙ rediret:⁊ nuncius diceret ſibi
diſcipuli rogant:vt intrent:ↄuer
tit faciẽ ſuaꝫ ad parietẽ:nec dedit
ei reſponſum. Sic ſecunda vice
X Tertia vͦo:cũ indignatõe ⁊ facie
triſti ſignificante iraꝫ rñdit. In/
trent. Reuerſus nũcius dixit eis
qꝺ fecerat. Illi vͦo ↄtriſtati intra
uerunt. Et cuꝫ intraſſent: aſſedit
plato ⁊ reſpexit eos placido vul
tu:⁊ blando:⁊ gauiſus eſt cũ eis.
Et interrogauit eos de ꝓpoſitiõe
eoꝝ. Placuit ergo eis qꝺ appa/
ruit in eo:⁊ conuerſi ad nũcium
increpauerũt eũ vituperantes fa
ctuꝫ eius. Et dixit Plato. Quid
habetis ⁊ reprehenditis nũciuꝫ.
Dicũt ei. Quando venit ad nos:
terruit nos nũcians nobis diuer
ſum ab eo qꝺ videm⁹ de pr̃e no
ſtro. Et ille. Nõ eũ reprehendatꝭ
qꝛ non narrauit niſi qꝺ vidit. Et
hoc quideꝫ eſt qꝺ dixi vobis de
ſapientia. Totus enim ſermo ab
vno loco egreditur: ſed ipſi⁹ for/
me diuerſificantur: eiuſqꝫ inten
tiones variantur ſm diuerſitatẽ
formalẽ ipſius. Inter ſermoneꝫ
enim qui egreditur leuiter ⁊ ſub/
tiliter ⁊ ſuauiter:⁊ vultu placido
ac ridente:⁊ inter eũ qui egredit̃
cum ira ⁊ triſti vultu differentia
longa exiſtit. ⁊ iõ auditus vel au
dire a magiſtro magis applicat
intentionib⁹ rerum:⁊ veritatib⁹
ꝙ̃ ↄſideratio in libris. Liber.n.
non affert reꝫ:niſi cũ forma vna
Magiſter autẽ affert plures for
mas:⁊ ex partib⁹ diuerſis rñdet.
hec ibi. per hoc enim voluit pla
to imprimere diſcipulis:ꝙ plus
confert audire docentem ꝙ̃ ſtu
dere ĩ libris:⁊ vehemẽtior fit im y
preſſio in mentibus audientium
ex vſu ⁊ auditu doctoris ꝙ̃ ex ſtu
dio in libro. Et concordat dicto
beati Hieronimi ad paulinũ epi
ſtola.xxxvi. hꝫ neſcio qd latẽtis
energie viua vox:⁊ in aures diſci
puli:de doctoris ore tranſfuſa for
tius ſonat.

¶ Capitulum decimumſextuꝫ.
De opinione circa mortem ſuã.

D E morte vͦo eius: diuer
ſi diuerſimode ſcripſerũt
ꝓut dicit poli.li.vij. vbi
s̃. Sed ꝓbabili⁹ eſt:vt dr̃ ibi:eũ
q innocenter vixerat:⁊ phĩe pre
cepta ꝓ virib⁹ inſecut⁹ vitam ri/
ſui nõ ceſſiſſe. Nã qꝺ de eo nõ/
nulli tradũt:ꝙ ſcilicet verecũdia
mot⁹ emiſit ſpũm:eo ꝙ nautarũ
ꝓpoſitam ſoluere non potuit q̃/
ſtionẽ ↄſtat nois errore ↄpactuꝫ
Quicqd enim de eo:grecoꝝ lo/
quũt̃ fabule:hoc de Homero:ñ
de platone maximus Valeri⁹ re/
fert li.ix.c.xiiij. Ex eo enim h̃ vul
gatum eſt:ꝙ fuerunt qui Home Z
rum equiuocũ Platoni dicerẽt
propter ſapientie excellentiã:ſer/
monis elloquentiaꝫ:⁊ latitudinẽ
pectoris. Nã viros nobiles cer/
tuꝫ eſt polonomos extitiſſe. hec

ibi. De morte aũt Homeri Ual. li.ix.c.xiij. Nam vulgaris inquit Homeri mortis cã fert ꝙ in insula q꞉ qõnem a piſcatoribꝰ ꝓpoſitam ſoluere non potuiſſet: dolore aſſumptꝰ eſt. Queſtio autem nautarum fuit talis: vt legitur in tractatu quem fecit Gre. nazanzenus de verbo apli: Sapientia huiꝰ mũdi: ſtultitia eſt apd̃ deuz

A Plato inquit ibat ſpaciatũ in littore maris: celũ aſpiciendo quaſi eleuatus conſideratione. Quem naute reſidẽtes videntes deriſerũt Qui cũ ab eis q̃reret: qͫd cepiſſẽt rñderũt. Quotquot cepimꝰ non habemꝰ: ⁊ q̊t ñ cepimꝰ habemꝰ. Pannos enim expediculabant pediculoſqꝫ mactabãt: ⁊ ſic eos nõ habebãt: Plato v̓o dirigẽs cogitatũ ad piſces: cogitauit q̃lr id poſſet eſſe: ⁊ ſic tandiu cogitauit: ꝙ nõ comedit nec dormiuit: ⁊ mortuꝰ eſt: Ex q̊ infert predictꝰ ſanctꝰ ſapientiã mũdi eẽ ſtultitiaꝫ apd̃ deũ. hoc non aſſero: ſed audiui a fide digno q fuit in grecia aſſerẽs tractatũ illũ apd̃ grecos eẽ cõem ⁊ vulgatũ. De morte v̓o Platonis. poli. vbi. ſ̃. ait. Deceſſit autez octuaginta annis ⁊ vno ꝯpletis in tanta reuerentia hominum: ⁊ integritatis auctoritate vt diu dubitatũ ſit: dijs an ſemidijs

B potiꝰ eẽt aggregandus. Sed cuꝫ etate illa defficiente: merita. virtutum eius tanq̃ꝫ incredibilia quodãmõ ad antiq̃tatis fabulas vergerent: ipꝫ inter ſemideos venerãdũ. Labeo ſcribit vt q̃ddã maius hoie: minꝰ deo fuiſſe doceat. hec ibi. Et Augu. ij. de ci. c. xiiij. ait. hunc platonẽ. Labeo inter ſemideos cõnumerandũ putauit.

¶ Capitulũ d̓cimũ ſeptimũ. De honore ſibi exhibito poſt mortẽ.

Ꝺ De hoc eodem Señ. epl̓a lxi. dicit. Nã hoc ſcilicet ſcis puto platoni diligentie ſue beneficio contigiſſe ꝙ natali ſuo deceſſit: ⁊ annũ illũ vnũ atqꝫ octuageſimuꝫ impleuit ſine vlla detractione. Jõ magni qui forte athenis erant immaluerũt

C defuncto amplioris fuiſſe ſortis q̃ꝫ humanitati: q꞉ cõſumaſſet ꝑfectiſſimũ numerũ quẽ nouẽ nouies multiplicata ꝯponũt. Non dubitantes ꝓpter paucos dies ſi q defficerent ex iſta ſumma ſacrificium remittere. hec ille. Et de occaſu ſiue morte tanti luminaris: ait policra. vbi. ſ̃. c. vi. Sol e celo viſus eſt cecidiſſe: q̃ die philoſophorum princeps plato rebꝰ exceſſit humanis: ⁊ q̃ſi lucernã mũdi extinctã defleuerũt: q ad thronum ſapientie: cui ille diu preſederat ſua arbitrabant̃ ſtudia perferrenda. Et de eius morte Tul̓.

D de ſenec. c. ij. dicit: ꝙ vno ⁊ octuageſimo anno ſcribens plato mortuus eſt. Q̃ꝫ nobilis ergo fuit iſte philoſophus i philoſophia. que eum nobilem fecit vt. ſ̃. habituꝫ eſt a Señ. ⁊ q̃ꝫ multis imitãdus

tan dictis q̄ȝ factis patet conside rantiex premissis.

¶ Quita distin. De vita Aristo. telis.

¶ Capitulum primum. De origine eius ꝛ parentibus.

Licet Plato nobilis philosophꝰ: multos habuerit discipulos il lustres: tñ cū Aristo teles eius discipulus vir excellentis ingenij: sibi in do cendi officiū successisset: q̄si ma tutinum sydus fulsit hoībus: ꝛ q busdam multiplicis philosophie preceptis: velut varijs sapientie radijs illustrauit orbē: ꝛ tāq̄ȝ ocu loꝝ detersa caligine: ad intuēdaȝ veritatis speȝ: mētes hominum reparauit: ꝑut dr̄ in poli. v bi. s. Sȝ anteq̄ȝ colligant q̄ d̄ eo dicta sunt in diuersis libris: scribat tra ctatꝰ de vita eiꝰ translatꝰ de greco in latinū vt dr̄: marie qꝛ nō ha betur a mł'tis coiter. ¶ Aristote les gente qdē Macedo: patria v̄o Astragoricanꝰ Strageta autē ē ciuitas Tratie: vicina olyntho: ꝛ Mothoni. Fuit aūt filius Ni chomachi ꝛ festidie ambobus a Machaone Asclepiade descen dētibꝰ. sicut dessignat epigrama quod fuit d̄ ipso sic dī. Festiō fuit mr̄e: Nichomaco genitore: q de scenderunt ab Esculapio isignis Aristoteles. Sed Arminustus ꝛ Armistei. Nichomacꝰ aūt pater Aristotelis: medicus fuit Arimi thi regis macedonū pr̄is Phi lippi. Ad memoriā aūt ꝓprij pr̄is Aristote. filiū suū Nichomacū appellauit. cui Nichomaco ethi cam scripsit. Itaq̄ȝ habitꝰ q fuit ei circa medicinā ꝛ phiam: fuit si bi a patre ꝛ ꝓpria generatiōe pꝰ mortē aūt Nichomachi ꝛ Festi dis parentū: ducit a q̄dam noīe Praxeno Achirinū. Cuiꝰ famā ꝛ nutrimētū habēs: in memoriā filiū suū Nichanora educauit: ꝛ docuit: ac filiū sibi fecit. Et i mor te sua ꝑcepit in testō filiam suaȝ nomine pythaydā genitaȝ sibi a pythayda tradi dicto Nichanori in vxorem.

¶ Capl'm. ij. De eius etate q̄ iuit Athenas: ꝛ qñ adhesit Platōi.

Aristoteles aūt iuuenis adhuc existēs: doctrinā eloquentie docebat: ꝑut declarant homerica comenta ab eo scripta. ꝛ Iliadis dictamē qd̄ dedit Alexādro: ꝛ dialogꝰ de poe tis: ꝛ tractatꝰ de poetica ꝛ rhetori ca. Factꝰ aūt ānoꝝ decē: ꝛ septē ꝛ pithia ꝑcipiente: ipȝ phari: mit titur Athenas: vbi adherēs So crati: moratus est cū eo annis tri bus. Mortuo aūt Socrate: ad hesit Platoni: ꝛ moratꝰ est cum eo annis viginti vsq̄ȝ ad finem Platonis: sicut ipse declarat scri bens Philippo. Et tantā Pla tonis dilectionē adeptꝰ est: ꝛ dili gentiā circa studiū phie: q̄ Pla to domū Aristotelis: domū lecto

riam vocabat. Et frequēter dicebat. Eam⁹ ad domū lectoris. Et
K ipso absente a lectione clamabat Intellect⁹ abest: surdū est auditoriū. Vixit aūt post mortem Platonis annis trigintatrib⁹: ptiʒ q̄dē docēs Alexandrū filiū Philippi ptim circuiens cū eo multā terram: ptim componēs libros: partim doctrinis īminens. Non est autem verum ꝙ edificauerit Liciū ꝯ Platonem. viuum existentem sicut Aristoxenus accusauit: ⁊ Aristides postea ꝯsecut⁹ ē Adhesit enim Platoni vsqʒ ad finem eius. Plato autem natus fuit Ductuno dominante atheniensibus ⁊ viuens annis octuagi ta duobus fm doctores: vt supra dictum est: āno octuagesimo primo vitam finiuit sub Theophilo. Aristotelis v̄o natus sub Diosf
L copho: ⁊ viuens annis sexaginta tribus moritur in tempore Phi lodei. Adhesit autem Aristoteles Platoni in tempore Naphigeni Et fuerunt a Teophilo sub q̄ moritur Plato vsqʒ ad Philodeū anni viginti tres: quibus superuixit Aristoteles Platoni. Nō est enim verum sicut quidam mentiuntur: ꝙ quadraginta ānis moratus sit Aristoteles sub Platone tempore Odorij. ristotele enim sexaginta tribus annis viuente tres anni restant a morte Platonis: ablatis decē ⁊ septem quibus studuit in triuio: ⁊ tribus quibus fuit cū Socrate: ⁊ ablatis quadraginta quib⁹ fuit cū Platone. sicut ipsi dicunt. In tribus enim annis non solum fuerat impossibile tanta componere: sʒ nec etiam facile legendo tanta transcurrere: sicut Philothoꝛus hyſtoriçauit. Nec etiam fuit conue- M
niens Aristoteli extraneo existenti posse id facere contra Platonē qui erat ciuis ⁊ valde potens: ꝓpter Gabriam: ⁊ Thymeū principantes Athenienſibus: ⁊ genere sibi cognatos.

¶ Capitulum tertium. De ei⁹ honore apud principes: ⁊ de eius ꝓfectu.

P Ost mortem autē Platonis Spegippus quidā suscepit scolas suas Fuerat enim hic filius Sparthonis sororis Platonis. Aristoteles āt morebatur in Macedonia docens Alexandrū Philippi filiū Et in tantū honorat⁹ est a Phi N
lippo ⁊ Olympiade matre alexādri ꝙ sibi construxerunt cuʒ eis statuaʒ: ⁊ in magna parte fuit cō sors regni eius: ⁊ multum laborauit pro rege. Et cum esset magna pars philosophie ad bñfaciendū postea vsus est. benefaciens ⁊ singulis proprie: ⁊ omnibus cōmuniter. Et ꝙ multis quidem ꝓprie benefecerit: declarant ab eo missē epistole de quibusdam ad regē O
Q̄ꝺ autem cōmuniter benefecerit multis: demonstrat illud: ꝙ ci

uitatē ſuam Stragicam dirutam
prius a Philippo: induxit Ale-
xandrum reedificare: ⁊ regionē
aliam ipſi tradi. Propter quod
⁊ Stragerini feſtiuitatez celebrāt
Ariſtoteli: ipſam Ariſtoteliā ap-
pellantes: ⁊ menſem in quo feſti-
uitas celebrat Stragericū nomi
nant. Et etiam Epheſum vrbez
Theopraſti: ⁊ Theophani diſci-
puloꝝ eius deſtruendam libera-
uit a dſtructione. Stragerini cor
pus Ariſtotelis mortui in Calci-
de reduxerunt in Stragerā: ⁊ al-
tare conſtruxerunt in monumen
to: locuz ipm Ariſtotelicū appel
P lantes: ibiqꝫ ad conſilium cōgre
gabantur. In multis autem etiā
Athenienſibus benefecit: ꝑut de
clarāt tractat⁹ q ſunt ad Philip
pum. Jdō Athenienſes in Acro-
poli. illi ſtatuam conſtruxerunt.
vt autem etiam omnibus bene-
faceret: ſcribit Alexandro librūz
de regno: docens euz qualiter oz
regnare ⁊ in tantū mouit animū
Alexandri ad benefaciendūz: ꝙ
dicebat. Quia non feci bene ho-
die aliquibus: non regnaui. Qd
equale eſt egroto medice morbo
ephimero: propter qd ea: die ope
rationes ſanorum non facit. Ju-
uene autem exiſtente Alexādro
⁊ militante contra perſas eundo
cum eo: neqꝫ tunc abſtinuit phi-
loſophari. Tunc enim compoſu
Q it hyſtoriam ducentarum quinq̄-
ginta policiarū; ⁊ aſſociauit eum
vſqꝫ in perſiam. Ubi bello facto
rediit in patriam ſuam. Et Anti-
pater. ſuſcipiens Alexādri regnū
in honorem Ariſtotelem habuit
non minus q̄z Alexander.

¶ Capitulum quartum. Qualr
contradixit Platoni in qbuſdaz
⁊ quare.

ſ Pegippo autem nepo-
te Platōis mortuo: ei⁹
diſcipulos ſuſcipiūt Xe-
nocrates: ⁊ Ariſtotenes ſapientiſ
ſimi. ⁊ Ariſtoteles quidem rege-
bat in Licio: Xenorates in Acha
demia: vbi ⁊ Plato ſtuduerat.
Non enim ſicut Ariſtoſenus ⁊
Ariſtodes dicunt Platone viuē
te: ⁊ in Achademia docente Ari
ſtoteles edificauit Licium con-
tra eum. Quod quidam temptāt
dicere propter id quod in pluri-
bus contradicit Platoni. Con- R
tra quos dicendum: ꝙ non ſim-
pliciter contradicit Platoni: ſz
non intelligētib⁹ ea que ſūt Pla
tonis. Si autem ⁊ Platoni con
tradicit: non eſt inconueniēs. Et
enim in his que Platonis ſunt
ſapit. Platonis enim ſermo eſt.
ꝙ magis oportet curare de veri
tate q̄z de aliquo alio. Et alibi di-
cit. Amicus quidez Socrates ſz
magis amica veritas. Et in alio
loco. De Socrate inquit parū eſt
curandum de veritate vo multū
Hoc igit ⁊ Ariſtoteles fecit: ⁊ de
ſtruxit verba Platōis q̄uis cō
ſona ſibi fecit: nolēs deſpicere ve

ritatem. Habuit autem multam
dilectionem ad Platonem vt pꝫ
ex eo ꝙ aram sibi consecrauit: in
S qua ita conscripsit. Aram Aristo
teles hanc fūdauit Platoni: quē
non est conueniens malis lau
dare. Forte etiam neqȝ ad ea que
videntur oppugnare Platoni
sed ad eos qui male ītelligūt ipa
sicut ⁊ genituȝ esse celum in libro
qui est de celo. Quidam eniȝ ex
tra intellectum: illud posuerūt ⁊
alia ꝓpria sensibilia. arbitrati sūt
ipsa vt hominez imortalē ⁊ equū
Qđ enim non vult ipsa oino nō
eē ondit i methaphicis. di. dupli
cē esse ordinē: hunc in duce exer
citus hunc in exercitu: ⁊ alterū eē
causam alterius. Et in libro de in
tellectu dicit: ꝙ est ẜm animum
esse res.

¶ Caplm. quintū. De moderan
tia eius in scribendo ⁊ loquendo

Altis autem Aristoteles
m moderatus fuit modis.
Unde ait in predicamen
T tis. Non oportet prompte diffini
re: sed quod multociens conside
ratur. Et dubitare de singulis nō
est inutile Et in his que de bono
oportet reminisci hominem exi
stentem non solum bene fortuna
tum. sed etiam demonstrantem.
Et in ethicis. Nichomacus: ami
cus quidem vir. amica autē veri
tas. ambobus ꝟo entibus ami
V cis: sanctam prehonorare verita
tem. Et in methauris. Horū qui
dem quedam dubitamꝰ: quedaȝ
ꝟo attingimus ẜm aliquem mo
dum. Et in eisdem. Neqȝ semel.
neqȝ bis: sed infinite easdem opi
niones fieri hominibus: ꝙ non
multum sapientia superbiamus:
in quibus inuehire videmur: Et
talis qdem ẜm vitam fuit Aristo
teles philosophus.

¶ Capitulum sextum. De ciꝰ stu
diositate: scriptis: ⁊ libris.

Addidit aūt philosophie
a plura que ab ipsa elegit.
Ethice quidem addidit:
felicitatem neqȝ in exterioribꝰ bo
nis constare sic Poli. ait. Ne
qȝ in anima solum sicut Plato
posuit sed habere quidem formā
in aia: coinquinari aūt ⁊ cōtrista
ri solum ipsam ab exterioribꝰ nō
bene se habentibꝰ proprie dictio
nibus vtens: Et enim: que inqui
nantur interius ipsa pulchritudi
nem habent: occultant autez ẜm
solam superficiem: ⁊ contristata
candem magnitudinē habēt ẜm
veritatez. Philosophie addidit X
qntam essentiam. Matheuma
tior autem exigonū esse cōmuni
visuū. Propter quod in plus ex
cedit visus cuius inspicit magni
tudinem. Et ẜm hoc nihil eoruȝ
que non simul totum videt: ⁊ sic
maiorem fieri axem base que est
ex hoc: ⁊ exigonum conū perfice
re. ⁊c. Theologie ꝟo ꝗuis nihil
addiderit: nihil tamen de ea di
minute determinauit. Non eniȝ

ſolum mundana vidit:ſicut qui/
dam putant: ſed ea q̄ ſupra mū/
dū ſunt:ſicͤ ꝺclarat.viij.ꝺ phꝭico
auditu.ꝺi.ꝙ prima cā neqꝫ per ſe
numero:neqꝫ ꝭm actus: ex hoc
demonſtrans: ꝙ diuinum neqꝫ
corpus eſt:neqꝫ paſſibile.Com/
poſuit autem medicinalia ꝓbleu
mata:ꝛ phiſica probleumata i oc
tuaginta libris exiſtentia : ꝛ con/
ſpectiua probleumata:ꝛ metaphi
ſica ꝛ ſcriptas ab eo iuſtificatōes
grecarum ciuitatum: cum quibꝰ
Philippus lites grecoꝛuꝫ deter
minabat. Scripta autē eſt ab eo
hyſtoria politiarum poſteriꝰ. In
philoſophia autē tranſcendit hu
manam menſuram: nihil dimi/
nute tradens ſeu tractans de ea:
ſed multa addiciens ex ſua ſoler/
tia:totam direxit philoſophiam.
Logice quoqꝫ appoſuit diſtiguēſ
res a rebus faciens demonſtrati
uam ſcientiam. Antiq enim:de
monſtrare quidem ſciebant : ſed
demonſtrationem facere ignoꝛa
bant:ideꝫ patientes coꝛiarijs:po
tentibus quidem,vti calceis:non
potentibꝰ autē rationem aſſigna
re. Inſurgentibus aūt ipſi Athe
niēſibꝰ iuit Calcidam hec dicēs
Concedam Athenienſibus bis
peccare in philoſophia. Et mit/
tens Antipatri: ſcribit Athenien
ſibus cōmoꝛari: periculū.Et di/
xit illud Homeri. Puto nanqꝫ
ſupꝛa picū ſeneſcit:ficus auteꝫ ſu
pꝛa ficum:ſucceſſionē accuſatoꝝ
enigmatice loquens.

Capl'm ſeptimū. De eiꝰ etate
in qua moꝛtuꝰ eſt:ꝛ de eius ꝓle:
ꝛ diſcipulis.

Ixit autē Ariſtoteles an
nis ſexaginta tribꝰ.Nā
quindecim ānos habēs
adheſit Socrati:ꝛ cuꝫ eo fuit tri
bus annis:Adheſit aūt Plato/
ni viginti annis:poſt moꝛteꝫ quo
qꝫ Platonis vixit vigintitribus
annis.Totū aūt tempus vite eiꝰ
numeratum fuerūt anni ſexagin
ta tres. Et moꝛtuꝰ eſt in Calcide
dimittens teſtamentū ſcriptū:qꝺ
fertur ab Andronico ꝛ Ptholo
meo:cū voluminibus ſuoꝛū tra/
ctatuum.Dimiſit autem filiū Ni
chomacū : ꝛ filiam Pythaydaꝫ
propꝛios diſcipulos Teophꝛaſtū
Phanium: Cudimū: Calidum
Ariſtotenē:ꝛ Dyatheocum. Tra
ctatus autē mille numero. Mul A
tum aūt potuit cum regibus qui
tempoꝛe ſuo fuerunt: Philippo:
Olympiade: Alexādro:ꝛ antipa
tre. Potētia vſus eſt oꝛgano phi
loſophie. Propꝛium aūt fuit phi
loſophie Ariſtotelis: nō diſcede
re a manifeſtis. Poſt demōſtra
tiones enim eſſet multoꝛum teſti
monia ferre. Et pdictis concoꝛ/
dat quod ait Cōmentatoꝛ in ꝓn
cipio Ethicoꝛum. Titulus inquit
libri moꝛum Ariſtotelis Strage
rici ad nichomacum Stragerice
opidū: vnꝺ natus Nichomacꝰ:

q vel pater vel amic⁹ hec ille. De ipo vo Aristotele Aug. viij. d ci. c. xi. Aristoteles inquit Platõis discipulus: vir excellentis ingenij B et eloquio Platonico quidez impar: sed multos facile superans: cum sectam perypatheticam condidisset: deãbulans disputare consueuerat: plurimosqz discipulos preclara fama excellens: viuo adhuc Platone in suã heresim cõgregauit. hec ille. Qualis vo etatis fuit: qñ incepit audire Platonem: ait magister i hystorijs sup hester: qp erat tunc decimũoctauum annum agens.

Caplm octauũ. De eius ingenio: et studio.

Qalis autem ingenij fuit ait Tul. i. de diuinatione c. xi. qp fuit vir singulari ingenio: et pene diuino. Et idẽ in prologo. tus. q. dicit. qp fuit vir sũmo ingenio: et scientia copiosus. Qualis autem studij fuit patz ex fructibus ei⁹. s. ex libris ab eo editis: et eorum artificiosa subtilitate. De cuius studio: primo Alexandreydos. Forte Macer pallẽs incõpto crine magister. Nec facies. studio male respondebat. Aptis exierat thalamis: vbi nup corpore toto: Perfecto: logycos pugiles armarat elencos. O qz C difficile: studium non pdere vultu. Liuida nocturnam sapiebant ora lucernam. Secz maritabat tenui discrimine pellis. Ossibus in vultu: partesqz effusa per oẽs. Articulos manuũ. macies ieiuna premebat. Ex quibus patet. qp fuit moderantia temperatus: et maceratione voluptatis sibi auster⁹ Unde Uale. li. vij. c. vij. preceptũ Aristotelis fuit: vt voluptates abeuntes consideremꝰ: quas quidez sic ostendendo innuit: fessas eniz pniecz plenas animis nostris sbicit: quo minus cupide appetant. D

Capitulum nonum. De eius eminentia. ob quã sibi nomẽ phi est appropriatum.

Qalis aũt philosophus fuit ait bene Auicena. iij. metha. c. v. qp fuit egregius phs et Rabi moyses. li. i. c. iij. dicit: qp fuit princeps philosophoꝝ. Et deco Poli. v bi. s. dicit. qp tractauit omnes philosophie partes. et precepta dedit in singulas. Sed preceteris sic rationalem redegit in ius suum: vt a possessione illi⁹ videret omnes alios excessisse v'l exclusisse: Ita vt cõmune nomen omnium philosophorum anthonomatice. i. excellenter sibi proprium esse meruerit. Fuit autem facũdus elloquio sed vberior sensibus: et doctus omnium senten- E tijs obuiare. Sequitur. Fuerunt q eum incubi demonis filiũ crederent. pter agilitatem corporis perspicaciam ingenij: et glorie appetitum: qua multiplici industria

omnib⁹ precipere consueuerat. Hec ibi. Unde et quidam sapiēs in suo tractatu ait quod Aristoteles gloriabatur se habere spiritū familiarem.

Capitulum decimum. De ei⁹ industria: et ordine in docendo discipulos.

ociositate:⁊ vacando vtili vaca/
tiõe. Quia vt ait Uale.libro. viij.
ociũ qd industrie ⁊ studio videt
contrariuz:precipue subuerti dz
non quo euanescit virtus sz quo
recreatur. Alterum enim inherti
bus vitandũ:alterum strenuis q̃
qꝫ interduz appetendũ: illis ne
ꝓpꝛiam vitam eneruem exigant:
his:vt tempestiua laboris remis
sione ad laborandũ vegetiores
G fiant.vbi exemplificat de Scipio
ne ⁊ Lelio qui actuose vite iter
exequebantur:⁊ tamen animi re
missioni communiter acquiescebãt
scilicet virtuose ociando. Unde ⁊
vagas vndas leguntur in littori
bus lectitasse quasi ludendo cuz
talibus. Et de Sceuola q pila lu
sisse dicitur:⁊ alee:⁊ calculis iter/
dum vacasse:cũ bene ⁊ diu iura
ciuium:⁊ deorum cerimonias or
dinasset. vt enim in rebus serijs
Sceuolam: ita in scenis lusibus
hominem agebat. Quem reruz
H natura patientez cõtinui laboris
esse non sinit. Et ibi de Socrate
cui nulla pars sapientie obscura
fuit:qui tamen non erubuit:cuz
interposita harũdine crurib⁹:cũ
paruulis filiolis ludens a Xanti
pe risus est. Sic philosophi vaca
bant:⁊ talib⁹ se solatijs recreabãt
vt ad opera virtuosa vegetiores
essent:vt dictũ est. Unde Sene.

de beatá vita ante fi. alt Ocium phi
losophorum: maius fuit q̃ labor
multorum. Et exemplificat di. q
tria sunt genera vite. vnum volu
ptati vacat: alterum contemplatiói
I terciũ actiói. Et ibi bene de hoc
Natura inquit me vtrũq; facere
iubet: ⁊ agere: ⁊ contemplationi va
care. Cui concordat Aug. de ve
ra religione. c. v. di. q duplex est
ociũ. s. desidie ⁊ virtutis. Et Hie
ro. contra Iouiñ. Sapiens nunq̃ so
lus esse potest. habet secũ omnes
qui sunt ⁊ fuerunt boni: ⁊ animũ
liberũ: ⁊ quocũq; vult transfert:
⁊ quod corpore non potest: cogi
tatione cóplectitur: ⁊ vbi homi
num inopia fuerit: loquitur cum
deo. Et nunq̃ solus erit. Ideo di
K cit Ambro. iij. de offi. post princi
piũ: vbi ait: q Scipio nó sciuit
solus esse: cum solus esset. Imo
Moyses cum taceret clamabat
cum ociosus staret precabat. Añ
in silentio loquebatur. ⁊ ocio ope
rabantr. Exo. ix. Quid clamas
ad me. ⁊c. Consimiliter de Sci
pione loquitur Tulius. iij. de offi.
Qualiter autem debet homo va
care in ocio predicto Señ. episto
la. lxxi. dicit. Absconde te in ocio
sed ⁊ ipsum ociũ absconde. Se
quitur. Ocio gloriari iners am
L bitio est. Et post. Optimum est:
non iactare ocium suum. Iactan
di genus est nimis latere: ⁊ aspe
ctui hominuʒ secedere. ⁊ demuʒ
cũ secesserit. Non est agédũ hoc
vt de te homines loquantur sed
vt ipse tecũ loquaris. Quid au
tem loquaris: quod homines de
aliis libentissime faciũt: de te apd
te male estima. Id maxie tractes
quod in te esse infirmissimuʒ sen
ties. habet quisq; corporis sui vi
tia. Quid aũt in ocio facio? vlcus
meũ curo. Et ibi bene de pdicto M
otio: ⁊ de agendis in tali ocio. qa
otians sic debet secuʒ loqui: suas
ifirmitates meditari: suas passio
nes curare. Et qr otium sine lris
mors: vt ait Idem epla. lxxxviij.
sedule studio vacare debʒ homo
⁊ intendere.

¶ Sexta pars. De tribus sectis principalibus philosophorum.

¶ Capitulum primum. De illis in cómuni.

Abitis supradictis de
vita philosophoꝝ illu
b strium. ⁊ exemplis ac
dictis eorum in cói:
sequitur de sectis illoꝝ
Fuerunt autem famose. s. Secta
peripatethicorum: quaʒ condidit
aristoteles vt dictuʒ est. ait tamẽ
Hugo: pari eniʒ circũ: vel de qsi
erga: vel deãbulantes: qr Aristo
teles eorum auctor deambulans
disputare solitus erat: vel qr am N
bulabant de scola ad scolã dispu
tantes. De stoycis ait Hugo: q
stoyci grece: latine dicitur porta.
Et fuit Athenis: in qua picta erát
gesta sapientum: ⁊ fortium viro
rum. In hac sapientes phantur

ideo stoyci dicti. De epicurris ait idem: q̄ fuit quoddam gen⁹ phi losophorum sic dictorum: q: curā super cutem corporis gerebant. Dicebant enim: voluptatem esse summū bonum: ignorantes aliā voluptatē: ab epi quod est supra hec ille. vt enim ait Poli. li. vij. c. viij. Storcus vt rerum cōtemptuȝ doceat: in mortis meditatione versatur: peripatethic⁹ in acqsitione veri: in voluptatibus epicurus. Qui licet ad vnū tendant varias tñ sententias: quasi vias beatitudinis auditoribus aperiunt. Hec ibi. De hoc Aug. ep̃la xxxviij. ad Dioscoruȝ: loquēs de philosophis diuersis: quorū quidaȝ ponebant in animo summū bonum: ⁊ inter hos qui hoc sen/serunt stoyci preualuerunt. Qui tamē naturalib⁹ corpora omnia esse arbitrantes: magis a carne q̄ȝ a corpore animuȝ auertere potuerunt. Inter eos autem q fruēdum deo: a quo nos ⁊ oīa facta sunt: atq; summum bonum no/strū esse dicunt: errauerunt Platonici idēq; Achademici quod Platonici: docet auditorum successio. Inter eos vō qui in cor/pore summum bonum cōstituūt epycurri: qui ⁊ carnalium seditiosorum turbas concitant: ⁊ apud indoctam multitudinem: excellētiori auctoritate viguerunt. Et de his sectis Seneca epistola. xci. Aspice inquit q̄ȝ dissimilia hominum studia sūt. Nā modo Stoycum faciunt: virtutem solam p/bantem: ⁊ voluptatem refutantē modo Epycurū laudanteȝ statū quiete ciuitatis: ⁊ inter conuiuia cantusq; vitaȝ exigentis: modo perypatethycū: bonoruȝ genera inducēteȝ: modo Achademicū omnia incerta dicenteȝ. hec ibi. Ex quibus patent predictoꝝ opiniones. Et de his Aulus gelius libro. iiij. recitans sententias di/uersorum. Epicurus inquit voluptatem putauit summum bonuȝ Aristenes Socraticus summuȝ malum. Spegippus atq; vetus Achademia. voluptatem ⁊ do/lorem duo mala esse dicunt: ⁊ opposita inter se: bonum autem eē quod vtriusq; medium foret. ze/no autem: voluptatem posuit eē indifferentem.

¶ Capitulum secundum. De peripatethicis.

D E Peripatethicis pau/ca leguntur in libris antiquis: nisi que dicta sunt Ipsi enim laudabant iraȝ quasi cotem fortitudinis: quia acuit fortitudinem: ait Tuli⁹. iiij. tus. q. Ex quo patet: q̄ erant animosi ⁊ cordati ad disputandum: Deambu/lantes eniȝ disputabant: vt dictū est. Unde Aristoteles princeps ⁊ magister eorum ait: nulluȝ ingenium magnum esse anteq̄ȝ ha/beat aliquid annexuȝ de furia: p ut dicit Señ. d̄ tranquillitate an/i

mlante ff.
¶ Capitulũ tertiũ. de Stoycis ꝛ eorũ opinionibꝰ.

Stoycorũ aũt principes fuerũt Zenon ꝛ Crispus vt ait Au. geliꝰ ꝛ recitat Aug. ix. de ci. c. iiij. ꝛ vt di. Señ. ad Helbiā a zenone incepit rigida ꝛ virilis Stoycorũ sapientia. Apud istos dolor dicebat indifferens: non malũ: ꝛ ꝙ passiones non cadunt in sapiente: ita ꝙ sapientis aius cedat eis. vt habituz est. s. ab Au. gelio. ꝛ Aug. ꝛ cum dolorībꝰ cõgrediebant: sicut exemplificatũ est supra de Stoyco pugnante cum dolore. Hi eni inquirebant vnde verba sint dicta. ait Tul. i. de offi. c. viij. Et eoꝝ conclusio erat sũmũ bonũ congruere nature: vel cõgruenter viuere nature: ait. idē. iij. de offi. c. i. ꝛ hi dicebant sapientes eē amicos sapientibus: ꝛ nihil esse amabilius virtute: ait Tul. i. de nā deorũ aũ fi. Dicebantq; oēs inscipiētes insanire. Ait idez. iiij. tu. q.
¶ Capitulum quartũ. De Achademicis ꝛ eorum opinione: ac reprobatione.

Chademici vo dicti sũt ab Achadēia vñ Plato oriundus fuit. Qui ꝛ eũ locum: studendi vsu. ꝛ discipulorum frequentia: morũq; suorum celebritate fecit insignem. Et iõ illum pretulit. vt ad incutiendũ timorē quo vitia reprimerentur ꝛ agnita cognitione sui modestia seruaret. Maxime aũt visus est ydoneus: qꝛ ex frequēti terremotu sepe collidit. Timor eniz sicut modestie cognatus est: ita familiaris est sapienti. qꝛ. s. mentē cõponit ꝛ humiliat: ait Poli. li. vij. c. iij. Hi vitantes precipitiũ falsitatis fere de singulis dubitāt. Quorum iuuat opinionem nõ modo ꝙ Heraclytes ꝛ Scithio qui ad eos. s. transierũt: sed ꝛ alij plures vt subdit ibi. Sed ꝙ ineptuz est ꝛ improbabile fluctuare in singulis: ꝛ nullius rei habere certitudinem: ꝛ ꝙ alienum a fide ꝛ sciētia: satis sufficienter ꝓbat ibi. Sicut dubitare an contraria sint simul in eodem: cum id nõ sit possibile ɓm idem. Itē vt dr ibi: hõ prestat aīalibꝰ eo ꝙ viget rõne ꝛ intelligentia. Nam in sensibꝰ: ꝛ eorum operationibꝰ bestie ꝓcellunt. Sicut linx in visu: vultur ꝛ canis in odoratu: sus in auditu: symia in gustu. aranea ītactu. Si ergo homo non discernit ratiõe certitudinaliter: nec multũ sapit: vr esse brutalior brutis: sic in sensibꝰ eminētibꝰ ¶ Itē sič notio dr ab eo qđ ē notũ: sic rõ ab eo qđ ē ratũ denomiatur grāmatice. Ille vo cui nihil ē. ratuz certũ nec firmum vr ratione carere. ¶ Itez vr: ꝙ tali nihil afferat phia ꝛ studiũ qui semper fluctuat opinionibꝰ. ꝛ cui lux sapientie certũ aliqd non oñdit: ꝛ cui nihil rõ per

suadet: Et de his ibi bene. Et cō tra hos Aug. fecit libros Achade
A micos. Licet eniz multa sint du bitabilia sapienti. ⁊ licet dubitare de singulis non sit inutile: ponē do. s. rationes ad vtrāqꝫ partez tamen fluctuare in oibus videt esse dissonum rationi ⁊ phie vt di ctum est.

¶ Capitulum quintum De epy curo ⁊ varijs eius dictis atqꝫ sen tentijs.

Epycuri vo dicti sūt ab epycuro: De quo Au. ge lius li. xiiij. di. ꝙ Epycu rus Atheniensis ⁊ zenon Scit thiēsis: philosophi celebres erāt. Iste posuit voluptatē esse sūmuz bonum: ꝓut dicit Au. ge. ⁊ posu it duo esse bona: corpus sine do lore: ⁊ aium sine perturbatione:
B Sen̄. epistola. lxix. Ubi ēt subdit. Athilus stoycus dicere solebat. Malo me in castris suis fortūa habeat q̄ʒ in delitijs. Torqueor: sed fortiter: bene est: Audi epycu rum. Dicet ⁊ dulce est. s. ⁊ bene ē Taz seuere ergo rei ⁊ honeste no men impositū q̄ʒ molli. Fuerūt tn̄ aliq interpretantes opinionez epycuri in melius: dicentes: ꝙ n̄ intēdebat de voluptate que est in carnalibus: sʒ de voluptate mē tis. Un̄ Poli. vbi. s̄. c. xv. dicit. Cum sint tres secte phantiū que ⁊ ipse scindunt in multas sectas: omnes tn̄ lʒ dissimiliter laborāt ad assequendū finē quem statu unt. Siquidem Epycurus ⁊ to tus grex sodalium eius vitā bea tam asserit que tāta semper iocū ditate letat: vt tristicie aut pertur bationis non interueniat vel te nuis motus. Uera quidē diffini tio est ⁊ qua nihil pōt esse iocūdi us Ab ea tn̄ plebs que eā sequit defflexit in voluptates reputans se earum vsu beatissimā esse futu ram Mihi autem ꝑsuaderi ne quit. hoc aliquē hausisse de fonte socratico. Sed quia facile est: au re vel ore insipientuū dicta optia deprauari: ad compendiū imun ditie redacta sunt: que virtutis d̄ buere esse instrumentū. Caro q dem optima est non homo cor datus: ꝙ amore iocisqꝫ nihil eē iocūdius: nihil suauiꝰ parascitica vita: aut eorū qui epulant quotti die splendide ⁊c. hec ibi. Quali tercūqꝫ vo fiat: nihil turpiꝰ opi nione ponente voluptatē sūmuz bonū esse: nihilqꝫ magis alienuz a phia: cum illa sit tetrū qd ⁊ res turpis s̄m phos: vt dictū est sup̄ Unde ē preceptū vtilissimū Ari stotelis: vt voluptates abeuntes consideremus: quas quidē ondē do inuit. Fossas eni pniecꝫ ple nas ais nostris subicit: quominꝰ cupide appetant ait Ual. li. viij. ⁊ de hoc Sen̄. de constantia sapiē tis loquens d̄ opinionibus Stoy corum: ⁊ epycureoꝝ: Epycurus inquit: quē vos patronū inhertie sumitis: putantes mollia ⁊ deli

tiosa precipere ⁊ ad voluptatē du
centia in quē sapientis fortuna in
E ternenit. Sequit. Qđ si Epycur⁹
quoq̄ qui corpori plurimū idul-
sit aduersus incurias insurgit qđ
dam apud nos incredibile vide-
ri pōt. Ille ait. iniurias esse tolle-
rabiles sapienti: vos. s. Stoyci di
citis iniurias non esse. hec ibi. Et
ep̄la. lxxix. Egregie vř mihi dixis
se Epycurus: q peccare se nescit
corrigi non vult: deprehendas te
oportet anteq̄ emendes. Ep̄la.
lxix. Apud Epycuruz duo bona
corpus sine dolore: aius sine per
F turbatione. hec bona non crescūt
q: plena sunt. Quō enim crescit
quod plenū est Dolore caret cor
pus. Quid ad hanc indolentiaz
accidere pōt? Aius constat sibi ⁊
placidus est. Quid ad hanc tran
quilitatē accidere pōt? Seqt Bo
num absolutū humane nature ē
corporis ⁊ animi pace contētum
esse. Et ibi bene de hoc: Ex qbus
dam itaq̄ dict̄ epycuri vř loq de
voluptate. i. perfecta iocunditate
sicut dictū est a Policrato. Vñ
Señ. ep̄la. ij. Hodiernū hoc est.
qđ apud Epycurū nact⁹ sū. Ho-
G nesta inquit res est leta pauptas.
Illa vō non est paupertas: si leta
non est. Qui cum paupertate be
ne cōuenit diues est. Nō qui pa
ruz habet: sed qui plus cupit pau
per est. Et hoc est bñ dictū ⁊ phi
losophice. Similiter in multis su
is epistolis recitat bene dicta ab

illo. Ex alijs aūt dict̄ Epycuri vř
loq đ voluptate corporali: ob qđ
eius opinio a ph̄is reprobat. ait
Tul. iij. đ offi. in fi. di. q̄ etiā Ari
stippus ⁊ alij voluptatē bonū po
suerunt: ⁊ Epycurus eius auditor
auctorq̄ snie fuit quā ꝑprobat ibi
eo q̄ politice v̄tutes expugnant
voluptatē. Nā temperantia ē ini
mica voluptatū: ⁊ sic đ alijs: pro
ut ibi bene prosequit. Unde Val. H
li. iiij. c. iij. di. q̄ legat⁹ quidam ad
Pirrū missus: cū audisset quen
daz Atheniensē suadentē: ne qđ
aliud homines q̄ causa volupta
tis facere vellent: ꝑ monstro: eā
vocem accepit. Sequit. Pyrro
⁊ Samnitibus hāc sapiam dep-
catus est. Licet enim Athene do I
ctrina sua glorientur: vir tamen
prudens: Fabritij detestationem
q̄ Epicurri maluit precepta. Qđ
euent⁹ quoq̄ indicauit. Nā vrbs
cum voluptati plurimū tribuit:
imperium maximū amisit. hec ibi
⁊ Señ. iiij. de benefi. c. ij. Nobis
pugna est cū Epycureorum deli-
cata ⁊ vmbratica turba in cōui-
uio suo ph̄antiū: apud quos vir- K
tus voluptatū ministra est. Illis
paret: illis seruit: illas. s. se videt.
hec ibi. Ex varijs ergo dictis vř
sicut vnus concionator aliqua di
cere ph̄ica: Et in laudē virtut̄. ali
qua vō quasi ex opinione vulgi:
⁊ in cōmendationē voluptat̄: vt
dictū est a Policrato: ⁊ sic p3 de
Illustribus ph̄is ⁊ sectis princi-

palibus apud eos.
¶ Septia ps ꝺ artib' liberalib'.
¶ Capitulum primum. De ea//
rum vtilitate: ⁊ ꝙ̃tum conferunt
ad phiaȝ q̄ ordinātur ad mores.
T qꝛ: que dicta sūt vi
dentur cōuenire mo
rali philosophie tm̄:
posset videri alicui:
phiā rōnalē ⁊ natura
lem non esse .s. necessarias ⁊ vti
les ac preambulas ad philosophi
am moralem. Sicut bene pro//
sequit Seneca. epl'a xcij. Loquēs de
liberalibus studijs inquirēdo an
faciant virum bonū: ⁊ obiciēs ꝙ
grāmatica circa curas sermonuȝ
versat: sed quid horū de quibus
L determinat ad virtutē viam ster/
nit: qd ex his metum demit:, cu/
piditatē eximit: libidinem frenat.
⁊ sic prosequit de geometria: mu
sica: ⁊ astrologia qd conferant. s.
ad virtutem. Quare ergo inquit
liberalib' studijs filios erudim'
Et rn̄det: ꝙ ideo: nō qꝛ virtutem
dare possunt: sed qꝛ animum ad
capiendam virtutē parāt: quem/
admodū prima illa vt antiq vo/
cabant litteratura: per quā littera
rum elementa pueris traduntur
non docet liberales artes: sȝ mox
precipientis locum parat. Sic li
berales artes non perducūt aiuȝ
M ad virtutē: sed expediunt. Unde
⁊ ibi distinguit quattuor gn̄a arti
um. Sunt enim vulgares q̄ ma
nu opificum constant. Ludicre
pueriles: ⁊ liberales vt dictuȝ est
Ideo ps phie nālis: alia moralis
alia rationalis: ait ibi: Ubi bene
de hoc.
¶ Capitulum secundum. De co
aptatione septem liberaliuȝ artiū
septem planetis.
E philosophia rationali
⁊ eius partibus dn̄ Ale/
xāder necꝭ li. ꝺ naturis
rerum di. ꝙ sicut mundū illumi/
nant septem planete: sic oēm sci/
entiam septem artes. Lune eni
terris vicine comparat grāmati/
ca: primos vēdicās limites. So/
li qui ꝺm quosdam secundum lo
cum tenet comparatur dyaletica
Mercurio: q ⁊ deus eloquentie
dicebat rhetorica. veneri q̄ ē as/
pectu gratissima: arismetrica: ob
sui venustatem ⁊ subtilitatem in
numeris ꝓportionandis. Mar
tē respicit musica: non solū huma N
na ⁊ mundana: sed instrumenta
lis. qꝛ musicorum instrumentoꝝ
sicut tubarū ⁊ huiusmodi cōcen
tus incitat hoies ad bellum. Io/
ui appropriat geometria q̄ circa
magnitudineȝ imobilē i mēsuris
ꝟsat. Saturno q ē supior i astro/
nomia q circa magnitudinē mo
bileȝ ⁊ cursus astroꝝ ꝟsat. h ibi:
Ut ergo planete mundū ill᷒iāt
sic predicte artes.
¶ Capl'm tertiū. De grāmatica:
q̄liter pōt ordinari ad virtuteȝ: ⁊
ad eius opera.

His tñ artib⁹ ꝓt veruſ vti
h phs ad moꝛuʒ coꝛrectio
nem Vñ ait ibidẽ. Quid
ꝓdeſt vitare vitia in vocibus: ⁊
incurrere in moꝛibus oꝛnate lo/
qui: ⁊ inoꝛnate viuere. Nunꝗ
nomen dyalectici mereť qui falſa
ꝓponit: ea.ſ. diligẽdo. Ille ergo
bonus eſt grãmaticus ſpũaliter
⁊ finaliter: q geſta ſua qbus qua
ſi loquiť hominib⁹ congrue com
O ponit. Grãmatica eni eſt ſcientia
cõgrue loquendi: ⁊ cauẽdi incõ/
gruitatẽ in loquẽdo: ait. Hugo di
daſcoľ. lib.i. Grãmatica grãma
grece: littera latine. Inde grãma
tica.i. litteralis ſcia: ſumendo lar
ge litteralem: pꝛout continet litte
ras ⁊ dictiones. Sed non ſolũ lo
quitur homo verbis vocalibus:
ſed geſtis coꝛpoꝛalibus. ait Aug.
viij. confeſ. ante. fi. Plus inqt al
loquebanť animũ meũ frons: ge
ne: oculi: coloꝛ: modus vocis ꝗ
verba q̃ ſonabant. Ecc. xix. Ami
ctus coꝛpoꝛis: riſus dentiũ. ⁊ in/
ceſſus hoïs enuntiant de homie.
Ideo Gregoꝛi⁹. paſtoraľ. ij. c. xli.
Plus debet pꝛedicatoꝛ actibus
ꝗ vocib⁹ reſonare. Ille ergo qui
⁊ ſenſus ſuos: actus ⁊ geſt⁹ debi
P ta congruitate componit: deuitã/
do ꝯtrium: ⁊ alloquiť hoïes ꝯgru
enter: ſine vlla incongruitate: bo
nus grãmaticus eſt. Congruum
enim idẽ eſt quod conueniẽs ait
Pap. Qui alter facit: ad moduʒ
barbariſmi ⁊ aliarum figuraruʒ
in geſtis ſuis vitia oſtendit. Vñ ⁊ Q
multi plus timent facere barba/
riſmum in ſermone: ꝗ vitij de/
ordinationeʒ in vite qualitate: ait
Auguſtinus.i. confeſſionum lo/
quens de hominibus peruerſis:
qui magis timent facere barba/
riſmos ꝗ libidines. Et ibi ait de
ſe loquens. Magis timebam fa
cere barbariſmũ: ꝗ non facienti
bus inuidere: Ideo dicebat apľs
diſcipulis ſuis. ij. coꝛ. iij. Epiſtola
chꝛiſti. eſtis miniſtrata a nobis ⁊
ſcripta non atramento ſed ſpiri/
tu dei

¶ Caplm quartũ. de logica qua
liter adaptatur.

Tem ille bonus eſt dya/
i leticus qui diſcernit veꝝ
a falſo. Dyaletica eniʒ eſt
ars diſcernendi veruʒ a falſo. ait R
Hugo vbi.ſ. Veritas autem eſt
quadruplex. Cogitationis: Volũ
tatis. Enuntiationis: Actiõis: ꝓ
ut di. Anſel. de veritate. Qui has
igiť veritates diſcernit a contrari
is falſitatibus: adherens veritati
⁊ expugnans in ſe ⁊ in alijs falſi
tateʒ: bonus dyaleticus eſt. Ecc.
xxxvi. Ante omnia verbũ verax
pꝛecedat te. Et de eo verificať il/
lud Malachie. ij. Lex veritatis
in oꝛe eius. Et didicit ab illo ma
giſtro qui docet veritatem. Qui
õo veritatem ocultat hypocritali
apparentia: ſophiſta eſt. Falſitas S
enim eſt qua putať eſſe quod nõ
eſt: ait Auguſti. vij. confeſ. Et fal

ſum eſt ſignificatio rei non ita ſe
habētis ꝑmo ꝺ doctrina xpiana
c.vij.hypocrita enim:eſt ſathani
cus ſophiſta habens defficiētiaꝫ
⁊ oſtendens apparentiā.Eſt eniꝫ
hypochrita ſubtilis igenij.Duo i
tendit.ſ.ocultare quod eſt:⁊ oſtē
dere quod non eſt.Ideo odibilis
T deo:ait Greg:mor.xxvi.Ecc.xx
xvij.Qui ſophiſtice loquit̃ odibil̃
eſt.Habet eniꝫ fallatias intra dē
tes ⁊ extra.Decipit eni tā in re ꝙ
in ſermone.

℄ Capl̃m quintū.De Rhetori
ca qualiter adaptat̃.

c Um rhetorica vo ſit ſci
entia apte dicendi de cā
propoſita ad perſuaſio
nē:prout dicit Alpharabiꝰ.Ora
toris enim eſt:loqui apte:diſtin
cte:ornate:ait Tul.i.de offi.c.i.
Ille eſt bonus rhetor qui virtuo
ſis exemplis:⁊ bonis operibꝰ al
loquit̃ homines:⁊ perſuadet eis
V de veritate credenda.Unde ⁊ ſā
cti dicunt̃ libri:ait.Grego.mor.
xxiiij.poſt principium.Uiua eniꝫ
lectio eſt vita ſanctorū.Apoc.xx.
Libri aperti ſunt.vel bonus rhe
tor ſiue orator eſt:qui in oratiōe
alloquitur deum efficaciter:⁊ fle
ctit ipſum iudicem ad miſericor
diam.Unde Ethnicus ait:Flectit̃
iratus voce rogante deus.Ideo
ꝓpheta orans in pſal.ad moduꝫ
oratoris aliqn̄ captat beniuolen
X tiam iudicis aliquando:explicat
nequitiam aduerſantis:aliquan
do deficientiaꝫ ſui orantis:vt fle
ctat iudicem ad mīam:ait Hu
go de ſtudio orandi.

℄ Capl̃m ſextū.De geometria
⁊ eius adaptatione.

i Tem:cum geometria ſit
diſciplina mēſurādi ma
gnitudinem:⁊ eius diffe
rentias ille eſt bonus geometra.
qui nouit ſuipſius menſuram ⁊
ſe menſurare:ait Sen̄.epl̃a ꝑdi
cta:Scis rotunda metiri ⁊c.Se
quit̃.Si artifex es:metire animū Y
dic ꝙ magnus ſit:ꝙ puſillus ſit
Scis que recta ſit linea.Quid ti
bi prodeſt:ſi quod in vita rectuꝫ
ſit ignores?Et ibi bene de hoc.
Unde inſipiēs eſt qui ignorat ſui
ꝙntitatem prout dr̃ in prologo
Almageſtri.Iō.ij.cor.iiij.Ipſi i
nob noſipſos metiētes.Iob.xx
xviij.Quis poſuit menſuras eiꝰ
ſi noſti?Ubi mor.xxiiij.bene de
hoc.Debet enim anima ſe men
ſurare ꝙ alta ſit:in dei dilectione
feruida:ꝙ lata:in charitate pro
ximi beniuola:ꝙ longa:in cele
ſtium appetitione deuota:ꝙ pro
funda:in hūilitate perfecta.Eph.
iiij.Ut poſitis cōprehendere cuꝫ
omnibꝰ ſanctiſ que ſit latitudo ⁊c.
Anime enim menſura eſt ſꝫ mē Z
ſuram charitatis.Que enim ma
gnam habet charitatem:magna
eſt:que paruam:parua:que nul
lam:nulla.i.cor.xiij.Si charita
tē non habuero:nihil ſum.prout
ait Ber.ſup Cant.Omel.xxvij.

¶ Capl'z sextũ. De Astronomia ⁊ eius adaptatione.

A Stronomia ꝟo est de lege astrorũ. Norma eni lex: ⁊ logos sermo: Ait Hugo in Didascolis. Unde disserit de conuersione celi: ⁊ regione circulis: ortu: ⁊ occasu syderum: ait idem. Astrologia ꝟo considerat de lege astrorum: ſm. s. natiuitatis ⁊ mortis. et quorumlibet aliorũ obseruantiam: ait ibi. Sz cum anima sancta sit celum: ⁊ sol sit intellectus vel iustitia: luna fides ⁊ continentia: stelle virtutes ꝑut dicit. Ber. sup cant. Omel. xxvij. Ille bonus est astronom⁹ qui in predictorum consideratione versatur. Unde Aug. iiij. de trinitate in principio. Laudabilior est animus: cui nota est infirmitas sua: quam qui ea nõ respecta vias syderum scrutatur etiam cognosciturus eas: aut qui iã cognitas tenet. ⁊c. Et Señ. vbi. s. Venio nunc ad illum q celestiũ noticia gloriatur: frigida sese Saturni stella receptet. Sequit. Quid prodest. s. equum regere ⁊ cursũ eius freno temperare ⁊ affectib⁹ effrenatissimis atrahi? Quid prodest multos vincere luctatiõe vł cursu ⁊ ab iracundia vinci?

¶ Capl'm octauũ. De Arismetica: ⁊ adaptatione sua.

I Tem cuz Arismetica sit scientia de numeris ⁊ ei⁹ differentijs: Ille bonus est arismetricus: q studet ad diuina taléta accepta numeranda: ⁊ lucra ex eis reportanda: Ad diuina beneficia consideranda: ⁊ debita officia reddenda. Qui recogitat annorũ suorũ curricula in amaritudine anime. Ecc. xliij. Datum ⁊ acceptum omne describe. Itez qui pensat aduersariorum hostilia agmina: ⁊ ad obuiandum sua modica merita: ⁊ virium suarũ infirma. Luc. xiiij. Qui rex itur⁹ cõmittere bellum. ⁊c. Nonne sedens prius computat: si cum decem milibus potest occurrere illi qui cum viginti milibus venit ad se.? Nec enim numerare ⁊ pẽsare vtilius est q̃ in numeris exteriaꝝ rerum sciendis insudare.

¶ Capl'z nonũ. De musica ⁊ ei⁹ adaptatione.

I Tem: cũ musica sit peritia modulatiõis sono cãtuq; ꝯsistens: vt ait Alpharabius vbi. s. ille: bonus est musicus coram deo. qui in corde suo iubilatiuis cãticis deum laudat: prout dr Eph. v. Loquẽtes in psal. ⁊ hymnis ⁊ canticis spũalibus. ⁊c. Unde Señ: vbi. s. Ad musicum pertranseo. Docet me quomodo inter se acute ⁊ graues voces consonẽt. Sequit Fac potius quomodo animus meus secum ꝯsonet ne consilia mea discrepẽt ⁊c. His modis potest vti phus artibus predictis ad morũ correctionem.

¶ Capl'm.x. Qualr phi ex scientiis speculatiuis eliciebant ea q valebant ad mor ordinatione.

Vide z modus sapientu est ea que considerant in scientijs speculatiuis ordinare ad aliquaz vtilitatem: ait Sen. epla.lxi. vbi loqtur de exemplari vl ydea: vbi postea inquirit Quid hec mihi subtilitas proderit. Et respondet. Ego mi Lucille soleo facere ex omni natioe et si a philosophia auersa est longissime: eruere aliquid conor: z vtile aliqd efficere. Unde z in hoc q Plato posuit ydeas: oia ista q sensib' seruiut q nos accendut: z irritant: negat Plato ex his esse que vera sut. ymaginaria ista sut: nihil horum stabile nec solidum est: Et tamen nos ea cupim' tan q aut semper futura aut habitura. Cotenam' itaq oia illa: z miremur in sublime omnium reru formas: deumq inter illas versatem zc. Quasi dicat. Predictaz idearum positio z cosideratio debet inducere in psiderante eternorum imutabilium appetitum z presentiu mutabiliu plenariuz contemptu. Unde Aug. epistola iij. di. q in duobus preceptis. s. diliges deum z proximum omnis ars continet. Ibi est phisica: qa cause naturarum in deo creatore sunt. Hic ethica: quoniam vita bona z honesta no aliude formatur: q cum que diligenda sunt diliguntur. Hic logica: quoniaz veritas lumenq anime rationalis non nisi deus est zc. Omnes igitur artes etiaz speculatiue ad edificationem: z vite ordinationem pnt aptari. Unde narrat. Aulus gelius li. xx. de quodam gramatico: q cuz ab eo quereret de hac dictione. s. Contio: ille vultu atrociori ait: Nulla bone salutis spes est cum vos philosophoru illustrissimi nihil iam aliud q verba auctoritatesq verboru cordi habeatis. Ego enim iam gramatic' vite moruq disciplina quero. vtinam omnes muti essemus q minus iprobitas instrumenti heret? Cumq digressi fuissem' dixit Fauorinus. Videt mihi istam intemperiem non paruis neq abiectis ingenijs accidere: z veritate plerunq fortiter dicere sed respectu non habere. Ipsum enim q noster philosophus dixit: si Antistenes aut Diogenes dixisset dignu memoria visu esset. Hec ille. Si igit phi pagani phiam ordinauerut ad mor correctione: quibus supplicijs digni sut phi xpiani: q sacra scriptura abutunt ad cupiditatem z ostentatione?

¶ Octaua.ps. de phisicis vl' poetis

¶ Capl'm primu. de illis in coi.

His habitis de sectis principalibus philosophorum: breuiter persequenduz est de alijs vt enim ait Tul. i. tus. q. Hij qui

q.Hij qui a Platone ⁊ Socra
te ⁊ beata familia diſſident: Ple
bei philoſophi appellandi ſunt.
vnde.Augu.xiiij.de ci.c.xvij.de
quibuſdaȝ ait: ꝙ per opacas In
die ſolitudines quidā nudi philo
K ſophi philoſophantur: vnde gin
noſophiſte nominant. Adhibent
tamen genitalibus tegmina: q-
bus per cetera menbra carēt. Et
qꝛ multi modi fuerunt taliū: phi
loſophia potius abutentes ꝗ̄ ve
raȝ ſectantes: vt dicitur.ſ. Ideo
de his ſuperſedendū.

¶ Capitulum ſecundū. De Vir
gilio: ⁊ eius operibꝰ mirabilibꝰ.

Et qꝛ fuerūt nobiles etiā
e philoſophi inter poetas:
ideo de quibuſdam eoꝝ
ſicut de Virgilio qui fuit poetarū
preclariſſimus ⁊ optimus: tene-
ris ebibitꝰ annis: ꝓut dicit Aug.
i.de ci.c.iij. aliqua ſubſcribantur
vt enim dicit Papi. poeta grece
latine vates dicit̄. vñ ⁊ eoꝝ ſcri
pta vaticinia dicebātur: eo ꝙ cū
quadā veſania ibi ſcribendo cō-
mouentur. Quoꝝ genera erāt
tria: vt ait ibi Papi. Virgilius āt
nomen habuit a v̇ga eo ꝙ ma-
ter eius ſomniauit: ſe peperiſſe
L virgam quandaȝ que vſꝙ ad ce
luȝ pertingeret. Quod nihil aliđ
fuit: niſi quia Virgiliuȝ paritura
erat q loquēdo de altis: celū tan
geret: prout ait Hugo. Hic fuit
⁊ philoſophia naturali preditus
⁊ nigromantia in multis ē vſus
vnde ⁊ mira narrat de eo Alexā
der neꝗ̄ libro de naturis rerum
vbi ait: ꝙ Neapolis cū letali ſā-
guiſugarum peſte vexaretur: li-
berata eſt: protecta ab eo: yrun-
dine aurea in puteum. Qua ex-
tracta: euolutis annorum multo
ruȝ curiculis ⁊ puteo mundato M
repleuit infinitus hyrundinū ex-
ercitus ciuitatem. Nec ſedata eſt
peſtis anteꝗ̄ ſanguiſuga aurea
iterato in puteuȝ mitteret. Ibidē
narrat: ꝙ macelluȝ Neapolita-
num: carnes illeſas a corruptio
ne diu ſeruare non poterat. Sed
hanc incomoditatem prudentia
Virgilij excepit recludens car-
nem neſcio qua vi herbarū con
ditam: que quingentis annis ela
pſis: recentiſſima ⁊ optimi ſapo-
ris ſuauitate cōmendabilis rep-
ta eſt. Ibidem ait: ꝙ dictus Va-
tes hortum ſuum aere immobili
vicem muri obtinente muniuit ⁊
ambiuit: ⁊ pontem aereum con- N
ſtruxit. Cuius beneficio loca de-
ſtinata ꝓ arbitrio voluntatis ſue
adire conſueuit. Ibidem recitat
ꝙ nobile palatium Rome ꝯſtru
xit: in q̊ cuiuſlibet regionis yma
go lignea campanam manu te-
nebat. Quotiēs v̇o aliqua regio
maieſtati Romani imperij inſi-
dias moliri auſa eſt: in continen
ti proditricis yconia: campanaȝ
pulſabat: ⁊ miles eneus equo in
ſidens eneo: in ſummitate faſti-
gij dicti palatij haſtam vibrans:
C

in illam ſe partem vertebat que
regionem illaz reſpiciebat. Et tūc
Romana iuuentus expedite miſ
ſa a ſenatoribus preparabat ſe in
hoſtes imperij: vt non ſolū frau
des preparatas declinaret: ſed ⁊
in auctores temeritatis aīaduer/
O teret. Queſitus autem vates q̄z/
diu a dijs conſeruanduz eēt illō
nobile edificium. reſpondere cō
ſueuit. Stabit: vſq; dum pariat
virgo. Hoc audiētes: ⁊ applau/
dentes dicebant. Igitur: in eter/
nū ſtabit. In natiuitate v̓o ſalua
toris fertur dicta domus inclita
ſubitā feciſſe ruinam. hec ibi. idē
narrat Hugo ſuperaddens: q̄
illud palatium dicebatᷓ Coliſeū:
⁊ q̄ i medio erat ymago Roma
ne prouincie tenens pomū aure
um in manu: vt domina ⁊ regia
omnium: ⁊ erant hec ibi diſpoſi
ta arte nigromantie: ait idem. q̄z
ſubtilis aūt fuit in naturis reruz
patet in libris ſuis: in quibus de/
ſcribit res ꝓpriiſſime ſicut equoſ
P apes: ⁊ ſimilia: prout ait Sene.
epiſtola. xcvij. Qualiter ſcilz de/
ſcribit equū in perſona viri. Nec
varios horret ſtrepitus: illius ar
dua ceruix. Argutūq; caput: bre/
uis alu⁹: obeſaq; terga. luxuriat/
q; thoris animoſum pectus an/
heli. ⁊c. Et dum aliud agit Virgi
lius noſter deſcribit virum fortē:
ait ibi. Ex hoc notandum q̄ de/
ſcribendo res: loquebatur figu/
raliter. Qualiter autem deſcribit
apes notabiliter patet. i. eneydos
vbi ait. Educunt fetus: aut cum
liquentia mella. Stipant: ⁊ dulci
diſtinguūt nectare cellas. Quas
deſcriptiones recitat Señ. epiſto
la. lxxxviij. vbi ait: q̄ apes debe/
mus imitari: que vagantur: ⁊ flo
res ad mel faciendum ydoneos
carpunt. ⁊c. Et ſic de multis alijs
rebus quas deſcribit in operib⁹
ſuis: que fuerūt tria principaliter
ſcilicet liber eneydos: in quo de/ Q
ſcribit vitam militarem. liber bu
colicorum: in quo deſcribit vitaz
paſtoralem. liber georgicoruz in
quo deſcribit vitam cōmunez ⁊
laborioſam. Unde ⁊ eius epytha
phiuz fuit. Mantua me genuit:
calabri rapuere: tenet nūc. Par
thenope: cecini paſcua: rura. du/
ces. At ne muſa carēs vitijs eney
dos eſſet. Inuidia celi fata tulere
nec q̄z. Unde ⁊ moriens orauit ſu
os amiciſſimos: vt eneyda q̄ nū/
duz elimauerat abolerent: ⁊ cor
rigi facerent. vt dictum eſt. ſ̄. De
iſto etiam Poli. lib. i. c. iiij. dicit:
q̄ fertur interrogaſſe Marcel/
lum: an auez malet inſtrui in ca R
pturam auiū an muſcam forma/
ri in exterminationem muſcarū
Quā queſtionez cū retuliſſet ad
Auguſtum. eius conſilio elegit:
vt fieret muſca: que a Neapoli
muſcas abigeret: ⁊ ciuitatez a pe
ſte inſanabili liberaret. Et optio
impleta eſt. Unde liquet: priuate
voluptati cuiuſuis preferendam

esse multorum vtilitatẽ. hec ille.
¶ Capitulum tertium. De arte poetica: ꝛ poetis in generali.

De arte ṽo poetica cõter ait Tul. in ꝓlogo tus.q. di. ꝙ pri⁹ fuit apud grecos: deinde apd̕ latinos: ꝛ q̃ minus honoris erat poetis: minora studia fuerunt. Jmo vt dicit Au.gelius li.xiiij. non est honor poetice arti: ꝛ ideo numerat inter scenicas meretriculas q̃ assidebãt philosophie primo de cõsola.c.i. vt dicit ibi expositor. Et propterea vt ait Tul.ij.tus.q. recte a Platone dicuntur expelli ex ea ciuitate quam finxit cũ mores optimos: ꝛ optimuꝫ reipublice statum requireret. Quo cum accedunt poete: neruos virtutis elidunt. vt ait ibi. Jdem recitat Augu.ij.de ci.c.xiij. Et primo cõfessionuꝫ vbi loquitur de poetis Didici inquit in eis multa vtilia. Sequitur legi Jouem tonanteꝫ ꝛ adulterãtẽ. Fingebat hoc Homerus. humana ad deos trãsferebat. Diuina malẽ ad nos scilꝫ transferret. Non accuso verba quasi vasa electa atqꝫ preciosa: sed vinum erroris ꝓpinabatur ab ebrijs doctoribus: ꝛ nisi biberemus cedebamur: nec appellare ad aliquem iudicem sobrium licebat. hec ille. Et iõ verba quorundam phica legi: ait Jsido.iij. de summo bono.c.xiij.
¶ Capitulum quartum. De quibusdam famosis poetis: ꝛ eoruꝫ epygrãmatibus.

De quibusdam autem famosis poetis: ait Aulus gelius lib.ij. vbi recitat epythaphia talium. Epygrãma Neui poete. Jmmortales mortalesqꝫ si foret fas flere. Flent diue camene. Neum poetã: Jtaqꝫ postꝗ̃ est orci traditus thesauro aboliti sũt rome loq̃ ligua lassa: ꝛc. Epigrama Plauti poete. p⁹ꝗ̃ est morte captus Plaut⁹ comedia luget: scena deserta. Dein de risus iocusqꝫ. Et numeri innumeri simul omnes collachrymarunt. Epygrãma Paceni. Adolescens ꝛ si properas: hoc te saxũ rogat: vt aspicias: ꝛ qd̕ scriptũ est legas. Hic sunt poete Paceni mersita ossa: Hoc volebam: nescius ne esses: vale. Et hec tria ip simet sibi fecerũt. Primũ plenũ supbia. Scd̕m pudore Tertium moderatiõe. De poetis ẽt Papi. dicit. ꝙ poeta grece: latine vates dicitur. Hij autem: sic dicti quasi futura prospiciant. Horum autẽ quidam satyri dicti: quia pleni oĩ facũdia: siue a saturitate ꝛ copia: ait ibi. Et horum alij Comici. Et hij dupliciter: vł̕ q iocalatores extiterunt: vt Terentius: vel noui qui ꝛ satyrici a quibus vitia carpuntur: vt Persius: Juuenalis Et nudi pingũtur: qꝛ vitia denudant: ait idem. varijs ergo modis poete antiquitus dicebantur

¶ Capitulum quintum de inuē-
toribus apologorum ad expres-
sionem veritatis: ꝛ de quibusdā
apologis.

f Uerunt autem ꝛ alii: qui ad maiorez expressionē veritatis: apologos fin-
xerunt siue composuerunt: qua-
lis fuit Esopus: de quo Au. geli⁹
li. ij. dicit: ꝙ Esopus ex frigia ille
fabricator haud imerito estima-
tus est sapiens: tū quia vtilia sua
monita erant. Non seuere: neqꝫ
impiose precepit ꝛ censuit vt phi
losophis mos erat: sed festiuos
Y delectabilesqꝫ comeat⁹ res salu-
briter atqꝫ perspicaciter in men-
tes animosqꝫ hominū cum audi
endi quadam illecebra induxit.
ꝛ exemplificat de aue que nidifi-
cauit in segetibus. Que cuz eēnt
mature ꝛ paterfamilias quereret
auxilium ab alienis: vt meteret se
getes: rediens auicula ad pullos
dixit: ꝙ nō oporteret eos adhuc
timere: ex quo querebat auxiliuz
ab alienis. Sed quando paterfa
milias dixit suis: ꝙ irent a metē-
dum: rediēs dixit pullis: ꝙ opor
Z teret eos fugere. Et ex hoc dicūt
philosophi: vt bonis que sunt in
nobisipsis innitamur alia autem
omnia: que ex̄ nos: ꝛ animū no-
struz sunt neqꝫ pro nostris duca
mus: neqꝫ in eis confidamus.

¶ Capitulum sextum. Qualiter
tales apologi dici ꝛ narrari absqꝫ
mendatio possunt.

a N possint autez sine mē datio induci tales fabu-
le ꝛ proponi ad expressio
nem veritatis: inquirit ꝛ inuesti
gat: eleganter Augu. lib. 3 men-
dacium circa mediū: vbi ait. ꝙ
apud auctores seculariū litteraꝝ
vt apud Oratium mus loquitur
muri: ꝛ mustella vulpecule: vt ꝑ
narrationem fictam ad id quod
agitur verax significatio refferat
Unde ꝛ esopiales fabulas ad eū A
finem relatas nullus tam ierudi
tus fuit quin putaret appellanda
mendatia. Sed ꝛ in sacris libris
vt in libro iudicū. c. ix. cū ligna si
bi regem fecerunt: ꝛ loquunt ad
eum ꝛ ad inuicem: totum fingit
vt ad rem que intenditur: ficta q
dem narratione: sed veraci figu-
ratiōe veniatur. hec ibi. vbi mul
tum de hoc. Absqꝫ ergo menda
tio possunt proponi modo dicto.
ꝛ de his Isido. bū primo ethico
rum ante fi. Fabulas poete a fan
do nominarunt. que non sunt res
facte: sed tantum loquendo ficte
Que ideo inducte sunt: vt fictoꝝ
mutorumqꝫ animalium inter se
colloquio ymago quedam homi-
num nosceretur. ꝛ eas poete qua
dam delectandi causa finxerunt
quasdam ad naturas reruz nō-
nullas ꝯo ad mores hominum
interpretati sunt: vt ibi exemplifi
cat. ꝛ Macrobius li. i. post pnci B
piuz. vbi distinguit: ꝙ sunt fabu
le voluptatꝭ gratia: ꝛ sūt alie ado-

hortationis gratia.primas elimi-
nat ſapientia:in alijs argumentū
ex ficto ſequitur:⁊ per mendatia
ſunt relationis ordo ꝯtexitur: vt
eſopi fabule: elegantia. fictiōis il
luſtres.⁊ ibi bene de hoc.Idem
habetur li.de ortu.ſcientiarum.⁊
tales fabulas introducūt ſancti i
libris ſuis. Sicut Ambroſi.iij.de
offi.recitat fabulam de illo q̄ in-
C uenit anulum in equo eneo ſub
terra:quem cū in manu habebat
a nemine videri poterat.quā nar
rat Tul. vnde Ambro. ibi dicit:
ꝙ fabula ⁊ ſi vim veritatis non
habet:rōnem tamen habet vt iu
xta eam poſſit veritas manifeſta
ri.⁊ de hac fabula in cōmunilo-
quio.Itē ambro.in originali ſup
Luce.c.ix. interſerit aliaȝ fabulā
Ferunt inquit fabule fuiſſe regeȝ
quendam :qui quicquid tāgebat
aurum fiebat:⁊ ſic ipſa conuiuia
feralia.i.mortalia ſibi fiebāt.Nā
⁊ ipſa mantilia digitis apprehen
D ſa riguerunt : ⁊ cibus in ora cre-
pitabat ferens non alimenta ſed
vulnera.⁊ in gutture potus here
bat nec penetrare facilis nec re-
dire.Talia inq̄t Ambro.ſunt be
neficia ydolorū vt cum videātur
ꝓdeſſe:plus noceāt:Sȝ eꝯ mu-
nera xp̄i ⁊ dōa. Similiter Aug.
introducit fabulam quandā lib.
ij.ſermonum:ſermone.xvij.Re
ferūt inquit littere ſeculares:quē
dam fuiſſe: vt quotiens virū ſua
rum amicam ⁊ nutricem terram
impulſu aduerſarij contigiſſet:de
ſolo ſurgens: magis in aduerſa-
rium preualeret: vt ſic ⁊ occaſio E
proſtrat : occaſio fieret triūphi.
Dabat infirmitas fortitudinem:
lapſus palmam:ruina victoriaȝ.
Cui hec conueniūt niſi xp̄o:qui
ad hoc cecidit:vt glorioſior reſur
geret: Similiter Hiero.introdu
cit fabulaȝ eſopianam de cane te
nente os in ore:⁊ vidente maiorē
vmbram oſſis in fonte . ⁊ os ꝓꝓ
vmbram dimittente.Qualr aūt
Hierony. elegāter ⁊ ꝓprie indu
cit fabulas huiuſmodi in epiſto-
lis ſuis:ſicut eſt illud epiſtola pri
ma:quid ſibi populus Romanꝰ
forte roget cur ? Non ſequar aſt
fugiam que diligit ipſe vel odit. F
Oliȝ qd̄ vulpes egroto cauta leo
ni.Reſpondit referam: que me
veſtigia terant.Omnia te aduer
ſum ſpectantia nulla retrorſum.
Belua es multorum capituȝ.⁊c.
Quod poteſt adaptari mūdo q̄
deuorat amatores ſuos.Simi-
liter ⁊ philoſophi ſepe itroducūt
tales fabulas.Sicut Apuleus li.
de deo Socratis introducit fabu
lam eſopianam de coruo carneȝ
tenente in ore.Cui cum vulpecu
la diceret.ꝙ Cignus melius ipo
cantabat: volens coruus ꝓbare G
ꝯrinȝ aperuit os:⁊ ſic amiſit car
nem:⁊ volens cantare:potiꝰ cro
citauit:⁊ publicauit ſuam deffe-
ctionem.Quod accidit illis q̄ ſe
volunt magnificare ⁊ oſtentare

vltra mensuram virium suarum.
⁊ Titus liuius li.ij.introducit fa
bulam Esopi de ꝯspiratione mē
brorum contra stomacum:eo ꝙ
omnia consumebat in quib⁹ mē
bra laborabant. Cūq; esset adiu
dicatum a ratione: vt nihil daret
stomaco: membra omnia lāgue
runt: propter quod oportuit ite-
rato subministrare stomaco ne-
cessaria: vt ipse distribueret cōse
quenter membris virtualiter. Et
adaptat ibi bene ꝯ eos q faciunt
conspirationes ꝯ principes vl' p
latos: qꝛ ea q̄ princeps bon⁹ acci
pit a subditis: ad eorum vtilitatē
iterato subministrat. ⁊ de hac fa
bula Policra lib.vi.c.xx. Qua
liter aūt tales fabulas ad maiorē
virtutis expressionem: ⁊ corū de
quibus tractauerūt ipsi introdu
H xerunt: sicut Esopus Auianus:
Ouidius: ⁊ Horati⁹ patet in eorꝫ
libris: quib⁹ vti possunt sapiētes
ad vtilitatem audientium: prout
dicit Augu. vbi.s. vt enim dicit
Policratus lib.vij.c.ix.sicut oīa
animantia: homini concessa fue
runt in cibū: excepto ꝙ non de-
buit comedere carnem cum san
guine geñ.ix. sic omnes scriptu
re: nisi sint reprobate: legi pñt a
sapiente ad vtilitatem. Vix enim
inuenitur scriptum in quo vel in
verbis vel in sensu non reperiat
aliud vnde prudens lector profi
cere possit. ⁊ sicut cōcessa sūt oīa
hoī excepto: ꝙ nō debuit come
dere carnem cum sanguine: sic
possunt legi etiam scripture gen
tilium: exclusis erroribus ad vtili
tatem legentium ⁊ audientium: ⁊
ad morum correctionem. ⁊ ponit
exemplum. Dum innocentiam:
frugalitatem: ⁊ mundi contēptū I
docent Pictagorici: audiant: dū
vo: animas quas in celū euexe-
runt retrudant in corpora bestia
rum: reprobentur: ⁊ eorū imita-
tores. Ideo dictū est pastori: ec-
clesie act.x. De reptilib⁹ ⁊ immū
dis macta ⁊ māduca. errores.n.
sunt elidendi ⁊ exterminādi a di L
ctis ⁊ scriptis gentilium: ⁊ verita
tes incorporande: ⁊ anime ratio
nales: eis cibande. predicte er
go fabule sicut ⁊ alia dicta genti
lium legende sunt ad vtilitatem:
errores precauendo. vñ ⁊ apes
debemus imitari in colligēdo flo
res: vt dictū est in principio. Ille
enim colligunt vtiles dimittēdo
noxios.

¶ Nona pars. De octo modis abutendi philosophia.

¶ Capitulum primum. Prim⁹ modus est: errore opinionum.

e Numeratis predictis M
de recte philosophan-
tibus: consequēter vi
dendum est de illis q K
abutūtur philosophia
⁊ a veris philosophis reprehen-
duntur. Contingit autem abuti
philosophia multis modis. vel
propter falsitatem errorum: siue

opinionum: errando in ipsa phi losophia: et eis que sunt phie: qua les fuerunt illi quorum opiniões philosophus reprobat: primo de anima et i alijs libris suis et dictis

¶ Capitulum secundum. Secũdus modus: est fallaci hominuz inductione.

Item cõtingit abuti phi losophia: vertendo eam ad seductionez et fallaciã hominuz in credendis et agẽdis Quod prohibet apo. col. ij. vide te: ne quis vos decipiat per phi losophiam: et inanem falaciam.

L ubi dicit Aug. iij. confes. Sunt q seducũt per philosophiam: ma gno: blando: et honesto nomine colorantes et fucantes errores su os. etc.

¶ Capitulum tertium. Tertius modus: est arrogantia et tumore philosophantium.

Item cõtingit abuti phi losophia arrogãtia: et tu more superbie. Sciẽtia enim inflat. i. cor. viij. vt eniz ait Greg. mor. xxiij. ipsa scientie ela tio deicit duz extollit. obstaculuz

M enim veritatis est tumor mentis que dum inflat obnubilat. Ubi cantibus enim ingenijs sepe ex teriora tantũ attingunt: sed inter ni saporis gustum ignorant hec ibi. Et sic loquitur Apo. de phi losophis. ro. ij. cũ dicit. Deus ma nifestauit illis: et tamen euanue runt in cogitationibus suis: et ob scuratum est insipiens cor eoruz Dicentes enim: se esse sapientes stulti facti sunt. vt eniz dicit Po li. li. vij. c. i. munduz dimẽsi sunt: naturas varias scrutati sunt. Se quit. Quasi molle gigantea sub uecti intumuerunt: indixeruntque bellum gratie dei: de vigore ratio nis et libero arbitrio confisi. sed deiecti sunt dum alleuiarentur: et stulti facti sunt: et eo miseriores effecti sunt: quo deffectũ suũ mi nime cognouerunt. Et ibi bene de hoc.

¶ Capitulum quartum. Quartus modus est in vite prauitate et de formitate.

Item contingit abuti phi losophia ob vite prauita tem et deformitatẽ. A ve ra scilicet philosophia: quãdo qs pretendit: se esse philosophum in exteriori ostentatione: et tamẽ vi uit turpiter et enormiter interius vt. s. habitum est fm Au. geliuz de illo qui vestimentum philoso phi gerebat: sed turpiter viuebat vnde idez Au. gelius. libro. xvij. N dicit: quod Epicurus philosophus de spiciebat eos qui videbant phari fictis verbis. Nam cũ aiaduerte ret: hominez pudore amisso im portuna industria: corruptis mo ribus audacẽ confidentẽ lingua ceteraque omnia preter animũ cu rantem: huiusmodi. s. hominem vituperabat. vnde declinabat ver bis suis litteras atque doctrinas

philosophie: cum in hominē fal/sum atq₃ degenerē: tanq₃ in vas spurcum atq₃ pollutum influxis/sent verti: mutari: corumpi: & vri naʒ fieri. aut si quid ē vrina spur citius. Quasi dicat fieri fetidum & sordidum. hec ibi. Multuʒ er/go tales despiciebat. Et de talib⁹ Tulius. ij. tus. q. vbi ait. Quotus enim quisq₃ philosophoꝛuʒ inue nitur: qui moratus ita est animo ac vita constitutus vt ratio postu lat: qui disciplinaʒ suam nō ostē tationem scientie sed legem vite putet. Sequitur. Est videre nō/ nullos pecunie cupidos & glorie multos libidinum seruos vt cuʒ qualitate vite pugnet oratio. Et hoc turpissimum est. Et pōit ex/empla. vt enim si grāmaticuʒ se professus: barbare loquatur: aut qui vult: se musicum haberi: ab/surde canat: sic turpioꝛ fit qui in officio cuius vult esse magister labitur: artemq₃ vite professus de clinat in vita. hec ibi. Reprehen sibile ergo fuit apō philosophos profiteri vitaʒ philosophicam: & non viuere ꝭm eam.

Capitulum quintum. Quin/tus modus est de ordinatiōe vir tutum vmbraticarum concomi/tantium.

Item contingit abuti phi losophia ob abusionem virtutuʒ concomitantiū eam: quia philosophia est studiū virtutis: vt habitum est. s. Quā/do ergo non ordinatur ad debi/tum finem qui est etiaʒ finis bo ni: magna est abusio: s₃ seruit aut voluptati aut hūane laudi & glo/rie: aut proprie complacētie: aut presumptuose de se estimationi. Sicut nobiles philosophi: ad ta/lium confusionem: & reprehēsio nem depinxerunt tabulam: in q̄ virtutes deseruiebant voluptati vel vaneglorie: vel proprie com/placentie: vt habitum est. s. parte prima.

Capitulum sextum. Sextus modus est vanitate curiositatū.

Item: cōtingit abuti phi losophia curiositate inue stigandi: & inquirēdi: in/vtilia. vt enim dicit Augu. de vti litate credendi: studiosus & curio sus vterq₃ agitur magna cupidi tate noscendi. Curiosus auteʒ re quirit ea: que nihil ad se attinent idest ad eius vtilitatem. vnde cu riositas est studium perscrutādi ea que scire nulla est vtilitas: ait Anselmus de similitudinib⁹ post principium. Ideo. i. thi. ij. Stul/tas & sine disciplina questiōes de uita. Nobiles eiʒ philosophi phi losophiam direxerunt ad moruʒ correctionem vt habitum est. s.

Capitulum septimum. Septi mus modus est cumulatione li/broꝛum in eis confidendo.

Item: cōtingit abuti phi losophia: minus eaʒ coꝛ di incoꝛporando: nec eaʒ

aut eius precepta memorie reti/
nendo: sed labores cumulando:
⁊ in eis ⁊ aliorum dictis confidē
do. Sen̄. ep̄la. xxxiiij. Turpe ē se
ni: aut prospicienti senectutem: ex
R comentario sapere. hoc zenon di
xit Tu quid? Hoc cleātes. Quid
tu. Sequit̄. De tuo ꝓfer. ⁊ istos
nunꝙ aut semper iterpretes sub/
aliena vmbra latentes: nihil pu/
to habere generosi. nunꝙ ali/
quando ausos facere ꝙ diu di/
dicerūt. Et post. Omnibus ve/
ritas non est occupata. Mul/
tum enim ex illa futuris relictuz
est. Quasi dicat. Nō debet philo
sophus esse contentus tantum
dictis aliorum: nec in libris confi
dere, quin laboret: ad ampliora
inuenienda. vt enim dicit Boe.
de disciplina scolariuz circa me/
diuz. miserrimi est ingenij semꝑ
inuentis vti: ⁊ nunꝙ inueniēdis
⁊ ponit exempla. De illo scilicet q̄
omne magistri sui verbum qua/
S ternis exarabat: ⁊ sic proferebat.
Nec tamen intelligendum: esse
vituperabile dictis sapientuz in/
niti: sed ꝙ non confidat q̄s in ta
libus aut in scriptis: quin sciat ꝓ
ferre etiaz sine illis. Sen̄. viij. de
bene. c. i. Solet plus prodesse: si
pauca precepta teneas: sed ea in
promptu tibi sint ⁊ vsu: ꝙ si mul
ta didiceris: ⁊ ea non habes ad
manum. vbi ponit exempluz de
luctatore: de q̇ non refert ꝙ mul
ta sciat: sed ꝙ victorie satis est.

¶ Capitulum octauū. Octauus
modus est pompositate verboꝝ
sine operibus.

Item contingit abuti phi
losophia: sectando ver/
ba absꝙ correctione vite
⁊ operis. Sen̄. epistola. cx. Noui
mus quosdam qui in multis apud T
philosophum annis persederūt:
sed nec colorem duxerunt. Se/
quitur. Quidam veniunt, vt au/
diāt nō vt discant. Sicut in thea
truz voluptatis causa ad delectā
dum aures oratione: vel voce:
aut fabulis. ⁊ post. Sic ista disca
mus. vt que fuerūt v̇ba sint ope/
ra. Nullos omnino peiꝰ mereri
estimo de omnibꝰ: ꝙ q̄ ph̄iam
velut aliquod artificium venale
didicerunt: q̄ aliter viuunt ꝙ vi
uendū esse precipiunt. Talis pre
ceptor non potest plus prodesse
ꝙ gubernator in tempestate nau
fragabundus. Et ibi bene. ⁊ ep̄la
cviij. Queadmodū oium rerū:
sic lr̄arū intēperantia laboramꝰ.
Non vite sed scole discimꝰ. Idē
epistola. xxxv. An vere audieris
an vere dixeris effectum proba
Turpissimum enim est quod no
bis solet obici. verba nos philo/
sophie non opera tractare. Ideo
ethi. iiij. Uerum in actionibus ex
operibus iudicatur: ⁊ sermones
consonantes operibus accipiēdi
vbi comētator dicit: ꝙ res faciūt V
credibiles sermones non ꝯcon/
uerso. ⁊ ibi ante dicit: ꝙ actiōes

funt credibiliores sermonibus i
passionibus ⁊ actionibꝰ: ⁊ cū dis-
sonāt sermones ⁊ actiones interi
munt verbuz. cū vero ꝯsonāt, puo
cant audiētes. Si ergo dictꝭ mo-
dis contingit abuti phia hūana:
caueāt ꝑfessores phie diuine: ne
ea modis ꝯsilibus abutantur.

¶ Decia pars. De locis in quibꝰ floruere studia phie.

¶ Caplm primū. De illoꝝ tēporum felicitate.

Ltimo videnduz est
de locis i qbus florue
runt studia philoso-
phie. Unde Alex. ne-
cꝫ li. de naturis reruz
O felicia antiquoruz tempora in
quibus ipsi Imperatores mūdū
subastantes seipsos philosophie
dederunt: vt pz. s. de Alexandro
de Julio Cesare: ꝺ Pholomeo
rege egypti qui fuerūt studiosi sa
pientie. Et sicut ait ibi: cuiuslibet
regni gloria creuit in imensū cꝫ-
diu artiū ingenuarum in ipso flo
ruerunt studia. Qui hostes: illiꝰ
regno restiterunt: vt pz de grecia
quādo floruerūt Athenis studia
de Roma: de gallia: ex quo flo-
ruerunt ibi studia. Uictoria eniz
militie ⁊ gloria philosophie quasi
simul concurrerunt. Et merito:
qꝛ philosophia docet: iuste ⁊ re-
cte regnare. Per me inquit sapi
entia reges regnant: prouer. viij.
⁊ de hoc. s. parte. i. Et sic dicit
Alexander necꝫ Abraā in egy-
pto docuit quadriuium. ⁊ sub tā-
to doctore multi mathematicis
inuigilantes disciplinis: in nobi-
les euaserunt philosophos. Dein
de Plato descendit in egyptum
Pictagoras ⁊ alij philosophi vt
dictuz est. s. Deinde cepit grecia
nobilitari philosophoruz frequē-
tia: ⁊ consecrate sunt Athene dee
sapientie.

¶ Caplm scdm. De Athenis ⁊ eius nobilitate ac noīe.

T de hoc Aug. xviij. de
ci. c. viij. dic. ꝙ minerua
tancꝫ dea colebatur re-
